

veteres adhibebant. Plaut. in Capt. sc. 3. a. 4. Aulas, calicesque omnes confregit, nisi que modiales erant. Quandoque ponitur pro majori vase. Cic. lib. 1. Tusc. Quid? huic calix multi impingendus est, ut plorare desinat. Calicum genera. Mart. lib. 14. ¶ Quandoque pro vase, in quo legumina & olera coquuntur. Ovid. lib. 4. Fast.

Sunt calices, minor inde fabas, oles alter habebat;
¶ Et spumat testis pressus uterque suis. ¶

Varro, Calix, à caldo, quod in eo calida puls apponatur.

¶ Multa cadunt inter calicem, supraeque labra:
μάλα ποτίσθι τόπος εργάτης ἀνέρες. Adagium est, quo monemur, nihil tam certum sperari, neque quicquam esse vicinum, quod non repentinus aliquis casus queat intervertere, adeoque non esse tutum venturis fidere, ut vix etiam illa sint certa, quae manibus tenemus. ¶ Calices amariores. Catullus Epigr. 24.

Minister vetuli puer Falerni,

Ingerere mī calices amariores.

Citat sic Gellius lib. 7. c. 20. Vinum vetus intelligit. Senec. epist. 64. Quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat.

Caliculus, i., diminutivum à Calice deductum, quum vas potorum significat. ¶ καλύκη. GAL. Gobelet, petit hanap, petit vase à boire, une coupe. ITAL. Calicetto. GERM. Ein trinkgeschirr. HISP. Pequño vaso. ANGL. A little chalice or cuppe. ¶ Cat. de re rust. c. 103. Vinum si voles experiri, duraturum sit necne, polentam grandem diuidium acetabuli in caliculum novum indito.

Calla, herba genus est aro simile, in arationibus nascens, ususque eodem habens quos arum. ¶ Est altera calle species, quam Anchusam nonnulli, alii Rhinoclistam appellant. Vide Plin. lib. 27. cap. 9.

Collæi, καλλιαι, Gallinaceorum barbæ dicuntur, eo quod colorem purpureum, quem καλλιαι Græci dicunt, imitantur. Vide Cælium Rhodig. lib. 11. cap. 16. ¶ Sed melius sic scripsisset Rhodig. καλλιαι, το, barba, seu palea galli gallinacei. ¶ Nam καλλιαι dieunt Græci, non καλλιαι: & de colore quod addidit, authorem quære.

¶ Calloita, gemma colore viridis, sed pallens: nihil jucundiū aurum decens, unde & appellata. ¶

Callaicæ, genus vestis. Mart. Epigr. 139. lib. 14.

Callaici, καλλαι, à Ptol. lib. 2. cap. 9. appellantur Hispaniæ Tarragonensis populi, ad Occidentalem Oceanum siti, Artabris & Asturibus finitimi: qui à Plinio Gallici appellantur.

¶ Callainus, α, una. Gloss. καλλινός, Venetianus: καλλινός, Venetum. Dicitur etiam uno λ. Dicebant, inquit Meursius, etiam γαλλινός, & γαλλινός; nam & δε γ confundebant: etiam hodie γαλλινός Græci dicunt. Hoc tamen sonat, q. à γαλλ., i. splendore, oriatur. ¶

Callaïs, idis, καλλιαι, gemma est ex viridi pallescens, oculi figura extuberans, leviterque adhærens petris, non ut agnata, sed ut eisdem apposita. Nascitur in finibus Indiæ, amplitudine conspicua, sed fistulosa, & sordium plena. Vide plura de hac gemma apud Plin. lib. 37. cap. 8.

Callarias, pīcīs est mari peculiaris, ex asclitorum genere, ni minor esset. Vide Plin. lib. 32. cap. ult.

¶ Callas, fabrotum foramina. Gloss. A.L. ¶

Calleo, Callens: vide Callus.

Callet, oppidum ulterioris Hispaniæ, in conventu Gaditanæ. Author Plin. lib. 3. c. 4.

¶ Calli, cum hac parte dictionis componuntur quedam voces, etiam Latinis usitata: ut Calliblepharum, calligraphia, callilogia, Calliope & calliopeia, &c. Indicat autem vox καλλια, elegantiam: καλλος est pulcher: quod dici volunt à καλλιαι, quia provocet animos: vel à καλλιαι, quia permulet intuentes. Martin. ¶

Calliae, καλλιαι, una ex tribus Aetolie urbibus, teste Steph.

Callianassa, καλλιανάσσα, & Callianira, καλλιανίρα, duo Nymphaeum marinorum nomina: alterum à bene imperando, alterum à viris honestandis dictum.

Calliarus, i., καλλιαρός, Locorum oppidum, ita dictum à Calliaro Odædoci, & Laonomes filio, ut ex sententia Hellanici tradit Stephanus. Meminit hujus oppidi & Strabo lib. 9.

Callias, καλλια, Atheniensis poëta fuit, Comœdiarum scriptor, quem Schænion appellatum fuisse Suidas tradit, quod ob paupertatem funes torqueret. ¶ Callias item Lacoplatus cognominatus, dum Atheniensium nobilis, contra Artaxerxem missus. Author utrinque Suidas. ¶ Callias Methymnæs Grammaticus, quem Strabo dicit Alceum, Sapphoque poëtas enarrasse.

¶ Callibium, tugurium. Gloss. gr. b. ¶

Calliblēpharōn, καλλιβήρων. Medicamen accommodatum vitiis oculorum, præsertim cum palpebra cohærescent, & ulceræ oculorum male curata sunt. Plin. lib. 23. c. 4.

Callicia, herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit. Vide Plin. lib. 24. c. 17.

Callicrates, καλλικράτης, sculptor fuit, qui formicas, & id genus minora animalcula, tam parva fecit ex ebore, ut earum partes cerni non possent. Vide Plin. lib. 36. c. 8.

Callicularium, medium ætatis, vel hyemis: fortè Canicularium creagastudentes: fortè truæ dentes; nam truæ etiam dentaras, ceu veruta habebant, quibus carnes indutas extrahebant ollis. Ergo à καλλιαι, & ἄργει.

Callidorus, καλλιδώρος, viri proprium nomen, quasi munus pulchritudinis.

Callidromus, καλλιδρόμος. Mons est juxta Thermophylas. Plin. lib. 4. cap. 7.

Callilexa, καλλιλέξα, olea sativa. Vide Ruell. lib. 1. c. 104.

Callidus, Callidè, Calliditas, vide Callus.

Calligönōn, καλλιγόνον, herba est (quam nonnulli Sanguinariam dicunt) à multitudine seminis, & densitate fruticis sic dicta. Plin. lib. 27. c. 32. Dicitur & Polygonum.

¶ Calligraphia, καλλιγραφία, elegantia scribendi: καλλιγράφος, qui eleganter scribit. Gloss. vertit Librarius.

Callilogia, καλλιλογία, elegantia λόγων, id est dictionis. ¶

Callimachus, καλλιμάχος, nomen poëte Cyrenensis, qui apud Græcos

princeps inter Elegiacos habetur. ¶ Fuit & aliis historicus Ægyptius, filius Batti & Mesamæ, discipulus Hermocratis Iasei Grammatici. Vixit apud Ptolemaeum Philadelphum usque ad Evergeten, bibliothecæ regiae præfetus. Omne poëmatis genus attigit. In adversarium poëma acerbissimum scriptit, quem ficto nomine Ibis appellat: unde Ovidius poëta nomen & argumentum mutuatus est. Edidit elegias quoque & epigrammata, & hymnos, alia complura. Ex Suida. Horum omnium nihil extat præter elegiam unam in lavacrum Palladis, & quoddam hymnos in deos. ¶ Callimachus alius sculptor fuit, qui se καλλιμάχος nominari voluit, quasi artis interpolatorem, & qui eam in tenuorem exquisitioremque disciplinam reduxisset: τέλος, enim liquefacere confolareque est. Nam ipse primus lapidem perforavit, minutatimque tractavit. Author Pausanias.

Callimūs, καλλιμός, lapis est ex genere aëtitarum: de quo Plin. lib. 37. cap. 21.

Callinicus, καλλινίκος, Sophista Syrius, vel Arabs, qui Athenis profectus est. Scriptis de cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram, de rebus gestis Alexandri, & alia quædam. Author Suidas.

Callion, καλλιόνης, πυργὸς τετραπλῆς, herba est, quam aliis nominibz Solanum somniferum, Halicacabum, & Vesicarium appellant. Vide Plin. lib. 21. c. 31.

Callionymus, καλλιόνημος, genus piscis, cuius fel cicatrices sanat, & carnes oculorum supervæcuas consumit. Plin. lib. 32. c. 7.

Calliopē, καλλιόπη, Una Musarum, & quidem præstantissima, quæ etiam Calliopeia, καλλιόπη dicitur: sicut Penelope Penelopeia, à pulchra voce dicta. Præfet heroicis versibus. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Quem mea Calliope laserit unus ero.

¶ Est item Calliope oppidum Parthorum. Steph.

¶ Callipæs, liberis pulcher. Callipædas fieri scnes, est apud Lucianum, quod scnes quidem puerum sapient, sed in conviviis plusculum se invitantes ac facti hilariores, etiam pulchri pueri videantur. Cæl. Rhod. lib. 1. cap. 1.

Callipho, nomen senis. Plaut. Pseud. sc. 4. n. 1.

Callipia, καλλιπία. Fons est Ephesiorum, apud Plin. lib. 5. c. 29.

Callipide, καλλιπίδη, populi Scythici, Hypanim fluvium accolentes, ut author est Herodotus.

Callipedes quidem proverbio locum fecit, qui cubiti mensura non longius progrediebatur. Suet. in Tiber. cap. 38.

Callipolis, καλλιπόλις, urbs Thracie in extremo Helleponeti, è regione Lampisci, à quo quadraginta tantum distar stadiis, ut scribit Strab. lib. 13. ¶ Est item Callipolis Peloponnesi civitas, in tractu Occidentali, non procul ab Araxo promontorio, inter Cyllenem & Patras: cuius meminit Pompon. Mela lib. 2. ¶ Callipolis præterea insula est maris Ægei, una Cycladum, quæ notiore nomine Naxus appellatur. Author Plin. lib. 4. c. 12.

Callipūs, καλλιφός, philosophus, qui honestati voluptatem adjunxit, sicut & Dinomachus.

Callippūs, καλλιφός, Atheniensis, Platonis auditor, interfecitus à Syracuse, quod tyrannidem post Dionysium aggredieretur, Dionene que patriæ liberatorem prodidisset. Plutarch. in Dion.

Calliroē, καλλιρέη, fons apud Athenas. Papin. lib. 12. Thebaid.

Et quos Calliroē novies errantibus undis

Implieat.

Hic postea à tyrannis reparatus, κατέρρεψε dictus est. Valla ex Thucyd. Novem fistulas vertit. Martianus de hoc fonte, Fontes multi Attice, inter quos Calliroē prædicatur.

Calliroē item Lyci crudelissimi tyranni filia fuit, quæ Diomedem liberavit ab insidiis patris, qui hospites omnes immolabat: à quo quum se desertum videret, vitam laique finivit. ¶ Fuit item Calliroē, Acheloi fluminis filia, quæ Alcæmoni nupsit, ut suprà docuimus in dictione Alcæmon.

Calliscere, vide Callus.

Callistē, καλλιστή, Insula maris Ægæi, una Sporadum, alio nomine Thera appellata. Author Plin. lib. 4. c. 12.

Callistephanoς, καλλιστέφανος, genus est oleastri, quo victores Olympiorum coronabantur: unde & nomen accepit. Author Pausanias.

Callisthenēs, καλλισθένες, nomen Philosophi Olynthii, Alexandro Magno familiaris, ejusdemque sub Aristotele condiscipulus, quem ille poësa in Asiam accersivit, ut res suas memoriae proderet. Huic nocuit immodica libertas, gravitasque invisa Regi, quum haudquam assentantium accommodatus ingenio esset. Nam quum Alexander ex Persico bello arroganter factus, regio more adorari vellit, acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit, palam dictans Alexandrum non adorandum esse: quæ res & illi, & multis principibus Macedonum exitio fuit. Siquidem Alexander Callisthenem propter adorationis Persicæ interpellatum morem, coniurationis conscientum fuisse criminatus est, eumque truncatis membris, abscessisque auribus, ac naso, labiisque deformatum, cum cane in cavea clausum circumferri jussit, diuque tortum tandem necavit. Vide hæc latius apud Quintum Curtium de gestis Alexandri.

Callistō, καλλιστή, Lycaonis Arcadiæ regis filia, quæ à Iove compresa, gravidaque effecta, quum unâ cum Pallade lavaretur, tumore uteri prodita, & ab ea repulsa, Arcadem filium in sylvis peperit: à quo postea Arcadia dicta est. Hæc postea à Iunone in ursam commutata, & Iovis miseratione in cœlo collocata, majorem efficit ursam: quæ & Arctos à Græcis dicitur. Propert. lib. 2.

Callisto Arcadios erraverat ursa per agros:

Hæc nocturna suo sidere ursa regit.

Callistratus, καλλιστράτος, nomen statuarii, cuius meminit Plin. lib. 24. c. 8.

Callistruthius, a, um, Callistruthiæ, Κυκλαδῶν, siccorum omnium frigidissimæ. Plin. lib. 15. c. 18.

Callistus, καλλιστός, libertus fuit Claudi Cæsaris potentissimus, qui ipsum etiam Crassum opibus longè superavit. Hic scenam Romæ edificavit, triginta solidis ex onyche columnis fultam. Vide Plin. lib. 36. c. 7. & lib. 33. c. 10.

Callistus, unus inter comites Iuliani principis expeditionis, heroico versu ejus historiam conscripsit. Volaterran.

Callitrichos

Callitrichon, καλλιτρίχον. Herba est, quæ alio nomine Polytrichon dicitur, quod multos & pulchros crines nutriat; nam in vino cocta cum semine apii, adjecllo oleo copiosè, & fluere capillum prohibet, & crispum densumque facit. Dioscorides *Adiantum* appellat: quo nomine & Plin. utitur lib. 22. cap. 21. Aliud (inquit, adianti miraculum: aestate viret, bruma non marcescit: aquas respuit perfusum, merisunque sicco simile est, tanta dissociatio deprehenditur: unde & nomen à Græcis, alioquin frutici topiario. Quidam Callitrichon vocant, alii Polytrichon: utrumque ab effectu. Hæc ille. ¶ Legitur & nominativus *Callitrix*. Idem lib. 26. cap. 14. Astragali radix in pulverem trita, humidis ulceribus prodest: item callitrix decocta in aqua.

Callithrix, icis, καλλιθρίξ, animal est ex genere simiarum, à pili pulchritudine ita dictum. Plin. lib. 8. c. 54. Callitrices tōto penē aspectu à simiis differunt: barba est in facie, cauda latè diffusa primori parte. Hoc animal negatur vivere in alio, nisi Aethiopix, quo gignitur, cœlo.

Callitrix, icis, herba, quæ decocta in aqua, humidis ulceribus prodest. Plin. lib. 26. c. 14.

Callius, mas Tripolicum. Diosc. lib. 4. c. 136.

Callos, καλλός, Pulchritudo, honestas.

Callón, κάλλος, Statuarius nobilis fuit, qui 87 Olympiade horuit: teste Plin. lib. 34. c. 8. & Quint. lib. 12. c. 10.

CALLVS, in masculino genere, & *Callum*, i. (utroque enim modo dicitur) est cutis labore viæ pedibus, aut alio opere in manibus, parve alia corporis densior facta, cuiusmodi est in suis rostro, cervice bovis, animaliam plantis, & duritia illa quæ in manibus ex labore nascitur. { τύπος, τύπη. GALL. Cal, durillon, quand la peau est endurcie, comme les mains par trop labourer, & aux pieds par trop cheminer. ITAL. Callo, picciola durezza nelle mani per lavorare, & ne i piedi per caminare troppo. GERM. Ein schrullen am fuß oder hand/ ein dicke haut von arbeit. HISP. El callo de pie, & mano de otra parte. ANGL. Hardness in the skinne through muche labour. } Pernam, callum, sumen facite in aqua jaceant. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Idem in Persa, Plus calleo, quam aprugnum callum callet. Est autem Callum aprugnum caro apri callosior, & ob id saporis jucundioris. Et in Captiveis sc. 2. a. 4. Quanta sumini absumento? quanta callo calamitas? ¶ Unde Callum obducere dolori, vel labori, per metaphoram dicimus, pro eo quod est longa assuetudine ita nos comparare, ut laboris, vel doloris molestiam non admodum sentiamus. Cic. lib. 9. epist. famil. Consuetudo diuturna callum jam obduxit stomacho meo. Idem 2. Tusc. Et ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori, τοκοῦ. Ingenio alendo callum inducere. Quint. Callum videtur duxisse tristitia. Senec. cap. 2. de consol. ad Marc. Item Calli in corpore ex prurigine. Suet. in August. cap. 80. Marsus apud Chant. lib. 1. Callum sibi pectore quandam.

CALLVS, est substantia lapidosa & rigida, compactaque, alba, atque expiratione priuata caro. Unde etiam dolorem non sentit: quippe quum neque vena, neque nervus ipsam pertingat. Curationem ejus vide apud Paulum lib. 6. c. 77.

Callösüs, a, um, Durus, callis plenus. { τοκόδης. GALL. Plein de cal. & durillons, dur comme un cal, rabotennx. ITAL. Pieno di calli. GERM. Das hart vnd dick ist. HISP. Cosa llena de callos. ANGL. Hard stenined throng labour. } Col. lib. 3. cap. 1. Humido loco sciet non recte mandari fructus tenei & amplioris acini, sed callosi, & angusti. Author Carminis ad Pisonem, quod Ovidio à quibusdam tribuitur:

Humida callosa quum pinceret hordea dextrâ.

CALLÉO, es, ui, propriè Callosus sum. { τοκόν. GAL. Avoir des cal & durillons. ITAL. Far il callo. GERM. Harte oder schwulstechtige hau haben an henden oder füssen. HISP. Hacer callos, ser calloso & tener callos. ANGL. To be hardened ni the skinne through long use. } Plaut. in Pseud. sc. 2. a. 1. Neque ego homines magis alios unquam vidi, ita plagi costæ callent, quos dum ferias, tibi plus noceas. ¶ Transfertur & ad animum. Cic. Sulpitio, Aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere jam debet. ¶ Interdum Callere, est perfectè scire. { γένοντα jadhab, iniugab. GAL. Se avoir par experience quelque chose, l'entendre bien. ITAL. Sapere perfettamente. GERM. Ein ding wol kennen/ einen handels wol bericht sein. HISP. Saber muy bien. ANGL. To know well, to perteine. } Quod sicut pes, vel manus ex longo labore callum acquirit, ita mens longa experientia colligit habitum quandam rerum, in quibus versatur. Et sic neutrum transitivum est. Persius,

— dicendā, tacendaque calles.

Horat. in Arte,

Legitimumque sonum digitis callemus & aure.

Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Ut perdoctè cuncta callet. ¶ Hujus compositum est, Occaleco: à quo Occaleco, de quo suo loco. ¶ Callere, cum infinitivo. Horat. 4. Carm. Ode 9.

— qui deorum

Muneribus sapienter uti,

Ditamque calles pauperiem pari.

Id est, ingeniosè novit. Acron. Sic Luc. et. lib. 2.

Multaque de rerum natura dicere callent.

Callens, nomen. Plin. lib. 21. cap. 31. Halicabi radicem bibunt qui sunt vaticinandi callentes. { ANGL. which perceiveth and knoweth well. } Callens utriusque lingua. Gell. cap. 5. lib. 17.

Calliscerè, veteres dixerunt pro callescere, sive occallescere. Cat. Aurei nobis calliscunt ad injurias, id est, occalescunt. Nonius. { ANGL. To waxe hard in the skinne by labour. }

Callidūs, per duplex ll, Astutus: differtque à versuto, quod callidus sit ille (ut scribit Cic. 3. de nat. deorum) cujus animus usu, ut manus operâ concalluit: Versutus, cujus mens celeriter versetur. { סְרָבָם. τυρεύων. GALL. Fin, caut, ruzé, bien advised, prudent. ITAL. scaltrito, astuto. GERM. Klug, Geschwind, listig. HISP. Astuto y reatado. ANGL. Vigilie, guille full, craftie. } Cic. 4. Acad. Ego enim, ut agitator callidus priusquam ad finein perveniam, equos sustinebo.

Calepini Pars I.

¶ Callidus ad aliquid. Cic. pro Cluentio. Quod hi ad fraudem callidi sunt. Plaut. Asin. sc. 7. a. 1. Ad suum quæstum quemque callidum esse oportet. Idem ibid. sc. 1. a. 2. Qui ad heri fraudationem callidum: ingenium gerunt.

— aliquas perducet callidus arte, (ratiocinante.)

Ovid. lib. 13. Metam. Non videor vidiss: lenam callidiorem alteram. Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Cum infinitivo. Horat. 2. Ode 11.

Tuque testudo resonare septem

Callida nervis.

Callidè, adverbium, Astutè, vafrè, malitiosè. { ταράχης. GALL. Fine-ment, parruze. ITAL. Astutamente, accortamente. GERM. Listiglich/ behendlich. HISP. Astuta y recatadamente. ANGL. Guilefullie or craftelie. } Cic. de Orat. Callidè, arguteque dicere. Idem 2. de fin. Sed omnia callidè referentem ad utilitatem.

Calliditas, atis, Vafititia, astutia. { תַּסְמֵן בָּרְמָה. παρεγγλία. GALL. Finesse, ruze. ITAL. Accortanza, astutia. GERM. Geschwindigkeit/ Listigkeit. HISP. Astucia y recatamiento. ANGL. Guile, decepcion, craftiness. } Cic. 1. Offic. Scientia, quæ est remota ab iustitia, calliditas potius quam sapientia appellanda est.

Callis, is, via trita & angusta. { תַּלְמָס מִשְׁלָה. πεζός. GALL. Chemin frayé. ITAL. Strada. GERM. Ein gebannter weg. HISP. Camino hondo y estrecho. ANGL. A path, or footway. } Virg. lib. 8.

Rara per occultos ducebant semita calles.

Ovid. 4. Æneid.

— prædamque per herbas

Convestant callo angusto.

Livius apud Non. Per devias calles, in genere fœmin. ¶ Callis ex eo appellatur, quod pecudum callo calcetur, estque via à pecore induata. ¶ Calles, loca qua pecudes calcant, saltus. Tranquillus in Iulio Casare tradit, Provincias minimi negotii sylvas, & calles decreta consulibus. Ubi saltus publicos intelligit, in quibus profecti pecoris sui capita pecuarii pascebant, scripturamque solvebant. Tacitus, Lopus Quæstor, cui provincia veteri ex more, calles evenerat. Varro de R.R. Et utrosque horum firmiores, qui in callibus versentur, quam eos qui in fundo quotidie ad villam redeant. Rursus, Quod accedit iis, qui per calles sylvestres longinquos solent comitari in aestiva & hyberna. Cic. pro Sestio, Atque æstatem integrum nactus, Italiae calles & pastorum stabula prædarī cœperit. ¶ Callem carpere, phrasis est Aimoino usitata, pro Viam carpere.

Callosus, malitiosus: fortè. Cavigulosus.

Calo, as, verbum antiquum à Græcis deductum, idem significans quod voco. Gell. cap. 27. lib. 15. { Καλλάρι. καλίσ, καλός. GALL. Appeller. ITAL. Chiamare. GERM. Rufen/ nennen. HISP. Llamar. ANGL. To call. } Hinc dicta sunt Comitia calata, quæ pro collegio Pontificum haberi solent, aut Regis sacrorum, aut Flaminum inauguratorum causa. Dicta autem sunt Calata comitia, quod classes per ordinem clarentur, hoc est, vocarentur. Equites enim vocabantur primi: octoginta deinde primæ classis centuriæ, & deinceps suo ordine ceteræ inferiores classes. Budæti: Itaque omnia comitia calata à veteribus appellabantur. Hinc & Calendæ dictæ sunt, ut Macrobius scribit lib. 1. Saturn. cap. 15.

Calatōr, Fest. Calatores servi, διάτοκοι, καλάται, quia semper ob necessitatem servitutis vocari possent. Harpax calator meus est ad te qui venit. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4.

Calon, statuarius, cuius meminere Quint. lib. ... cap. 12. & Plin. cap. 8. lib. 34.

Calōnēs, καλωτίδαι, calcei ex ligno facti. { GALL. Sabot ou galloche. ITAL. Zoccolo di legni. GERM. Holzschuh. HISP. Sapato hecho de madera. ANGL. Patten, of shooes of wood. } Horat. 1. sermo. Satyr. 2.

Hunc permixerunt calones.

Calōnēs, { חֲטֹבֶת עַצְמָת וְשָׁבָבָת מְגִימָה. οὐδοφόρος. GALL. Les goulas des gendarmes. ITAL. Servitore di gente d' armi. GERM. Trößbuben. HISP. Los leñadores que llevan leña al real. ANGL. Souldiours staves. } Servi militum castra sequentes, dicuntur qui clavas ligneas, & fustes grecabant, vel qui militibus ligna subministrabant, καλοφόροι. Horat.

Hunc permixerunt calones arque caballi.

Livius 3. bell. Pun. Impedimenta subsequi jussit, calones, lixasque & invalidos milites vallum ferre. Quidam tamen Calones à calando derivant, quod ad ministerium advocarentur: alii à Calendis, quod Calendarum die cibaria ciperent pro toto mense.

Calobalsamum, lignum balsami.

Calobates, grallator. καλοβάτης. Hinc Calobatarius. Marcellus Grammatic. Grallatores, h.e. ligneis perticis incidentes, calobatarios appellat. In annos. post Ioan. Baptist. Pii cap. 82. Glos. καλοβάτης, funambulus. //

Calophantā, καλοφάνη. Plaut. in Curc. Ædepol nugatorem lepidum, lepidè hunc nautilus est Phædromus: Calophantam, an Sycophantam magis hunc dicam nescio. Videtur autem hoc nomine appellari qui in speciem appetere bonus, quum sit malus, quales Græci φαντάροι vocant. Alciatus ταρίχειον. XI.

Calopodium, καλοφόρος, Calceamenta lignei genus est, quod alio nomine dicimus Soccum, & per diminutionem Socculum // GALL. Sabot, galloche. ITAL. Zoccoli. HISP. Galocha de madera. //

Calopus, καλόπος, Animal Syriæ, iuxta Euphratem habitans, austerrum ac velox, cornibus longis, quibus arbores dejicere fertur.

Calor, & Caliditas, idem significant, à calendo. { θερμότης. θερμή. GAL. Chaleur. ITAL. Calore. GERM. Wärme/hit. HISP. Calor natural, & de fuera. ANGL. Heat. } Plaut. in Mil.

nam mihi nimius calor

Comburebat gutturem.

At medio est Phæbi semper subjecta calori.

Tibul. lib. 4. Calor, pro festinatione operis. Virg. 1. Georg.

Magna que cum magno veniet tritura calore.

Ubi Servius, per calorem festinationem operis significat: ut alibi, Fervet opus: ut ostendat, eo anno præ copia frugum festinata, &

studioſam

studiosam trituram futuram. Hactenus ille. Potest tamen aliter exponi. Calorem atque impetum sequi. Quint. Id calore cogitationis extinguit.

Caldoris, idem quod Calor. *γέγον.* ANGL. *Hoat.* Varro lib. 1. de rust. cap. 55. Olea lecta, si nimium dia fuerit in acervis, caldoe frascetur, & oleum foetidum sit: & lib. 3. cap. 9.

Calidus, a, um, à calore fit. Modò ferventem significat. *πολεμαί,* *πολυχομός.* GALL. Chaud. ITAL. Caldo. GERM. Warm. HISP. Caliente. ANGL. Hoat, or warme. *Virg. Aeneid. 9.*

Volvitur ille vovenis calidum de pectore jumen.

Modò ferocem, inconsultum. Pacuvius, Cavesis ne nimis calide loquaris, & turbam concites. Modò velocem. Varro, Quidam huc dixisset, ecce calidus quidam novicularis irrumpt in curiam. Cedo calidum consilium citò, Plaut. *Mer. sc. 2. a. 2.* Calidum bibunt. Idem Cure. sc. 3. n. 2. Calida & audacia consilia, Livius. Dicitur & Caldus per syncopen. Martial. Frigida non deerit calda pente.

Caldarium, Ahenum quo aqua calida hauritur, vel in quo aqua igni admovetur. *τητιδυδος, θέσης, ιντριζης.* GALL. Chaudier. ITAL. Caldaio. GERM. Ein Kessel. HISP. Caldera. ANGL. A cauldron or kettle. In balneis item Caldarium erat locus in quo calida lavabantur: quemadmodum Frigidarium, in quo frigida: & Tepidarium, in quo tepida. Cels. lib. 1. cap. 4. In tepidario infudare, ibi ungi, tum transire in caldarium.

Caldarius, a, um: ut, Caldaria cella, in qua calida lavabantur. Plin. lib. 5. epist. Frigidariæ cellæ connectitur media, cui sol benignissime præstò est, caldariæ magis: prominet enim. Caldarium es, ex quo caldaria, hoc est, ahena fiebant. Plin. lib. 34. cap. 3.

CALÉO, es, ui, per simplex l. Ferveo, calidus sum. *πολεμαί καλαμά,* *πολιτικής καλαμά.* GALL. Estre chaud. ITAL. Scaldarsi. GERM. Heiß oder warm sein. HISP. Escalentarse. ANGL. To be hot. *Plaut. in Rud. Os tibi calet. Virg. I. Aeneid.*

— centumque Sabao.

Thure calent aria.

Iamne illum comelurus es, dum recens est, dum calet? Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* Conciliatis animis Iudicium & jam calentibus. Quintilian.

Calere dicitur res per translationem, dum adhuc recens est. Plaut. *Poen.* At enim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur. Tracta metaphora à fabris ferrariis, qui ferrum candens simul ac igni exemerunt, statim cedunt, ne mora interposita durum fiat, & intrastabile. Aliter tamen calere res apud Cic. accipitur *3. in Verrem*, Posteaquam satis calere res Rubrio visa est: quælo? (inquit) Philodame, &c. id est, ubi videntur eos inflammatos & accensos multa compotatione. Calere, pro desiderate. *Stat. 4. Thebaid.*

Arma tubas audire talent.

Fœmina aliqua, seu puella calere. Horat. 4. Carm. Ode 11.

Non enim posthat alia talebo

Fœmina.

Composita sunt, Concaleo & Incaleo. Caletur, impersonale, à Caleo. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 1.*

Calesto, scis, Calidus, vel calidior suo. *πολεμαί, πολιτικής καλαμά.* *γενιγινόμενος.* GALL. Eschaußer, devenir chaud. ITAL. Scaldarsi. GERM. Heiß oder warm werden. HISP. Escalentarse. ANGL. To make hot or warme. *Plin. lib. 20. cap. 21.* Succusque tribus modis exprimitur in fistili, calescitque in eo sole modice. Ovid. 5. Fast.

Est Dens in nobis, agitante calescimus illo.

A quo Concaleso, & Incaleso.

CALÉFACIO, & Calfacio, Calidum reddo. *πολεμαί θεμμένης γεγενέως.* GALL. Eschaußer. ITAL. Scaldare. GERM. Wermen / heiss oder warm machen. HISP. Calentar à otra cosa. ANGL. To make hot or warme. *Plin. lib. 21. cap. 10.* Chrysochomes radix calefacit & stringit. Cic. 2. de nat. Deor. Partim ad calefaciendum corpus igni adhibito. Calefacimus forum. *Suet. in Aug. c. 71.*

Aut humilem grato calefacit igne fecim.

Ovid. 4. Fast. Transfertur ad animum. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. Eodem die Gabinius ad populum luculentem calefecerat Memmius, id est, vexarat, exagitarat. Hinc Excalfactio: à quo Excalfactorius, a, um, *γεγεγένεις.* Idem, Excalfactorias habet vires. Concalfactio, calidum reddo: *οὐασθεγενέως.* Cic. 2. de Orat. Et ait idem, quum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare.

Calefactio, *γεγεγένεις.* Calefactus. Publ. Scævola D. lib. 31. tit. 1. l. 36. Videri testatorem super calefactionis & præbitionis onus, de his quoque sensisse. Calefactio thermarum, apud Hermogenianum D. lib. ult. tit. 4. l. 1. & 4. Calefactio publici balnei.

Calefactus, particip. *πολεμαί μέχματα.* *γεγεγένεις.* GALL. Eschaußer. ITAL. Scaldato. GERM. Getriebt / warm gemacht. HISP. Escalentado. ANGL. Made hot or warmed. *Ovid. in Ibin.*

Vi que petit primò plenum flarentis arena
Nondum calefatti velitis hastæ solum.

Calefactus, nomen. *πολεμαί καλλά.* GALL. Eschauffement. ITAL. Scaldamento. GERM. Erwärmung / erhitzung. HISP. Escalentamiento. ANGL. Heating, or warming. *Plin. lib. 29. cap. 3.* Cibo quot modis juvent, notum est, quum transmeent faucium tumorem, calefactuque obiter foveant.

Calefacto, as, are, & calefacto. *γεγεγένεια ἐν τεραπυΐσσε.* ANGL. To mak hoate, to warme often. *Gell. lib. 17. c. 18.* In corporibus calefactandis. Horat. 2. epist.

Sub noctem gelidam lignis calefactat alienum.

Calefactio, Calidus suo, sub voce neutrali passivam habet significationem. *πολεμαί καλλά,* *πολιτικής καλαμά.* GALL. Eschauffé, devenir chaud. ITAL. Scaldarsi. GERM. Warm werden. HISP. Escalentado. ANGL. To be made hot, to waxe hard. *Cic. ad Attic. lib. 2.* Balneum calefieri jubebo. A quo Concalefio, & Excalefio.

Calcenum, vide Calenum.

Calopparati, equites bonis equis instruisci. L. gr. b.

Calopulites, vendibilis. Gloss. gr. b. //

Calones, galeati milites. Glossarium: *Calo, δέλτα δημόσιο.* Festus: Calones militum servi, dicti quia ligneas clavas gerebant, quas Graci καλλά vocant. Is quoque qui hujusmodi telo utitur, clavator appellatur. Vide suprà.

Calorificus, a, um, quod calorem facit. *πολεμαί μεχαμμένης.* GALL. Chose qui eschauffe. ITAL. Cosa che scalda. GERM. Das hij oder warmer macht. HISP. Cosa que haze calor. ANGL. That doeth heat, or warmeth. Sicut à frigore Frigorificus. *Gell. lib. 17. c. 8.* Oleum quoque calorificum est.

Kaldos λαγός, id est, bonus portus: ita Græci nominarunt (à re scilicet, ut solent frequentissime) Scythæ Europæ portum in Euxino super Tauricos. Pompon. lib. 2.

Calostoma, καλόστομος, vel καλδός σόμης, commemoratur à Plin. lib. 4. cap. 12. inter Danubii fluvii ostia. Vide suprà in dictione Boreostoma.

Calpar, καλπάνη. Vinum novum, quod sacrificii causa ex dolio emittebatur, prius quam degustaretur, ait Festus: sed Varro lib. 1. de vita pop. Rom. Quia antequam nomen dolii prolatum esset, quum etiam id genus vasorum Calpar diceretur, id vinum Calpar appellatum. Festus docet etiam esse genus vasis fistilis, & dolium.

Calpas, καλπάς. Steph. Bithyniæ portus est prope Rhesum fluvium, & Sangarium. Author Plin. lib. 6. c. 1. Straboni tamen annis est: sic enim scribit lib. 12. Inter Chalcedonem & Heracleam multi amnes fluunt, è quibus est Psillis, & Calpas, & Sangarius, &c.

Calpē, καλπέ. Hispaniæ mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppositus Arbylæ monti Africæ, altera ex columnis Herculis, in cuius radicibus urbs est nomine Calpe, ut inquit Strabo, quo etiam nomine dicta est insula in occasu post Gades, angusto discreta freta. Vulgo Monte Gibaltar.

Calphurniā, Mulier fuit importunissima, quæ sexus sui verecundiz oblitera, per seipsum causas egit, adeoque molestam se judicibus praebuit, ut occasionem dederit edicti, quo cautum est, ne mulieri in posterum causas agere licet. Vide Iuris. D. de postul.

Calphurniūs Bestia, Nobilis fuit Romanus, qui pecunia corruptus, rem adversus Jugurtham male gesit. Huic à M. Cæcilio accusatore objectum est, quod uxores suas dormientes interemisset. Vide Plin. lib. 17. c. 2. Calphurnii (five Calphurnii) dicti à Calpo Numæ filio. Festus, & Plutarc. in Num.

Calthā, καλθά. ANGL. Marigold. Viola est lutei coloris. Virg. in Eneol.

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Vide latius apud Plin. lib. 21. c. 6. Vulgus Gallorum Solsiam vocat, quasi folsequiam.

Caltudia, festum. L. gr. b. //

Calthulā, æ, vestis, à caltha viola coloris lutei. Plaut. Indusiatam, patagiatam, calthulam, ac crocotulam. Varro in fragmentis. Caltola, palliolum breve.

Caltza, caliga. L. gr. b. //

CALVA, æ, dicitur os capitum, ubi capilli esse consuevere. *গুলগোলু.* *গুলগোলু.* *গুলগোলু.* GALL. Le test de la teste, ce qui couvre le cervæan. ITAL. Creppa, ossa della testa. GERM. Ein hauptschedel. HISP. La calavérna. ANGL. The skull or bare sculpe of the head. Mart.

Pilothro faciemque larva & dropace calvam.

Item Liv. lib. 2. bel. Pan. Vide Coel. Rhodig. lib. 3. c. 2. 3.

Calvārīa // & Calvarium, totum caput nudum: & tam de brutis, quam de hominibus dicitur, r̄ βετ μα. ANGL. The skull of the head. Caper calvam vocat. Palladius, Equæ calvaria, sed non virginis, intra hortum ponenda est, vel potius asinæ. Calvariae descriptionem vide apud Celsum lib. 8. c. 1. Et Calvariae, loca sepulture publicæ, νορυλδεα, seu loca in quibus supplicio afficiebantur damnati. Calvaria pisces etiam est. Plin. Orbis, ορεξ Aristot. Apul. in Apol. Tam ridiculum argumentum fore, quam si dicas, venandis apris pisces Apriculum, aut eliciendis mortuis marinam Calvariam. Ennius in Phagisticis, Corcyrae polypus, calvaria pinguis à carne: sic enim legendum, teste Gesnero.

Calvaster, Subcalvus, cui capilli partim deciderunt; αναφαλνύλα. ANGL. A bald man. //

Calvatus, a, um. Calvata vinea, in qua vites quidem sunt, verù paucæ raræque, ut in calvitio capilli. Plin. lib. 17. cap. 23. Cato de re rust. cap. 33.

Calvities, & Calvitium, Desfluvin capillorum à capite: seu locus capitis, ex quo capilli desfluxerunt. *καρπάρ κορσάκ.* Φαλαρέγης. GALL. Chauveté. ITAL. Calvezza. GERM. Kalheit des haupts von des hars aussfallen. HISP. Calvez de cuvellos. ANGL. Baldness. Calvitii verò deformitatem inquisimè ferebat, sape obtrectatorum jocis obnoxiam expertus: ideò deficientem capillum revocare è vertice consueverat. Cic. 3. Tuse. Proinde stultissimum Regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvatio mœror levaretur.

Calvēo, es: Calvus sum. *παρά καραβ.* Φαλαρέγης. GALL. Estre chauve. ITAL. Essere calvo. GERM. Kal sein. HISP. Encalvarse. ANGL. To be bald. Plin. lib. 11. c. 37. Et quædam animalium naturaliter calvent, sicut struthiocamelus, & corvi aquatici. Hinc componitur Recalvo: αναφαλνύλ, quod est, Rursus in calvitium revertor.

Calvēcērē, est calvum fieri. *παρά καραβ.* Φαλαρέγης. GALL. Deveneri chauve. ITAL. Divenir calvo. GERM. Kal werden/ ein glänker überkommen. HISP. Encalvecer. ANGL. To waxe bald. Plin. lib. 11. c. 29. Proprium huic calvescere omnibus annis, quum scribit rapa. Dicitur & de agris. Col. lib. 5. Propter mures atque talpas sape novella castaneta calvescunt: id est, rarescunt.

Calvēfio, sis: Calvus suo. *αιαφαλνύλ.* ANGL. To waxe bald, or pilde. Varro de re rust. lib. 11. cap. 37. Ego ista etiam, inquit Agrafius, non solum in omnibus tondendis, sed in meo capitulo à patre acceptum seruo, ne decrascente luna tondens calvescam.

Cálvo, ás, Calvum facio. { ANGL. To makbalde, or pilde. } A quo Decalvo, & recalvo, de quibus suis locis.

Cálvo, is, Decipio, Frustror. { כָּלֵב נִפְתָּח, בַּקְעָנָה בְּקָאָה. קָלְבָּה שְׁפָעָה. GALL. Fruster, tromper. ITAL. Ingannare. GERM. Betrogen. HISP. Engañar, saltar en lo prometido. ANGL. To beguile, to decline. } cuius passivum est Calvor: tractum à calvis militibus, qui omnibus solent esse frustrati. Salust. in 3. hist. Contrà ille calvi ratus, hoc est, decipi.

Cálvör, deponens. Plaut. in Casin. Nam ubi domi sola sum, sopor manus calvitur, id est, decipit. Pacuvius, Sed quid conspicio? nunc me lactans calvitur etas? Accius Eurydice. Sed memet calvor, vos istum ut jussi ocyùs abstrahite: tractum à calvis mimicis, quòd sint omnibus frustrati.

Calutor, minister sacrorum. Gloss. Isid. Lege calator: ut ibidem est melior scriptura. ||

Cálvüs, a, um, dicitur à cuius capite capilli defluxerunt, sive qui sine capillis natus est: & per translationem, qui raso est capite. Plaut. Amph. ut capite raso calvus capiam pileum. { כָּלֵב קֶרְאָח. φαλακρός. GALL. Chauve. ITAL. Calvo. GERM. Kal glazchtig. HISP. Calvo de cabelllos. ANGL. Balde. } Unde Plin. lib. 11. docet esse gentes naturaliter calvas, quales Myconii, qui capillo carentes gignuntur. Sueton. in Cesare, Urbani servate uxores, moechum calvum adducimus. ¶ Calyx comatus apud Martialem haud dubiè figura proverbiali dicitur: convenientque in eum qui veris bonis nudus, ascitiis se venditat. Veluti si quis indoctus aliena pro suis ederet: aut si quis dissimulet esse quod est. ¶ Calvum vellis, φαλακρός οὐλεῖς. Ubi inanem operam quis sumit, aut ubi quis auferre conatur, quo vacat is, à quo perturbit. Veluti si quis à paupere conetur excutere pecuniam, ab indocto literaturam. A calvo ad calvum duci possit. Suet. in Calig. cap. 72.

Calus, Vocab. v. Galus, i, vas vimineum, vel de salice, per quod musta colantur. ||

Calus, poëta. Suet. in Cæs. c. 37. Et orator, idem in August. c. 72.

Calucula, oppidum est Hispaniæ Bæticæ ex stipendiariis. Plin. lib. 3. c. 1. vulgo Cabra.

CALVMNIA, vexatio alicuius in litibus per fraudem, & frustrationem: aut rei alicuius malitiosa interpretatio. { כָּלֵם דִּיבָּבָה, דָּופִי dophis, פָּזָב hoschek. ALG. CAL. GALL. Calomnie. ITAL. Calumnia. GERM. Ein schmachred/ ein falsche anflagung. HISP. Accusation falsa, calumnia. ANGL. A false or crafty accusation, à forged crime. } Nonnius malitiosam & mendacem infamacionem interpretatur. Cic. 1. Offic. Existunt saepe injuria, calumnia quadam, & nimis callida, atque malitiosa juris interpretatione. Idem in Salust. Sed est quædam calumnia, quam unusquisque nostrum testante animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis objectat. ¶ Jurare calumniam in aliquem, dicitur de accusatoribus, quos prius quædam audirentur, jurare oportebat se calumniæ causa ad accusandum non venisse. Cælius ad Cic. lib. 8. Nam de divinatione Appius quum calumniam jurasset, contendere ausus non est, Pilioque cessit. Liv. 3. belli Maceæ. Itaque diu repugnante Scipione Africano, qui parum ex dignitate sua ducebat subscribere odii, accusationibusque Annibal, & factionibus Carthaginensium inferere publicam authoritatem: nec satis habere, bello viciisse Annibalem, nisi velut accusatores calumniam in eum jurent, ac nomen deferrent, tandem pervicerunt ut legati Carthaginem mitterentur. Cum fide, & sine calumnia. Suet. in Calig. De calumnia dammandus qui non probat quod petat. Gel. cap. 2. lib. 14. Per calumnias. Idem cap. 2. lib. 7.

Cálumniör, aris. Significat, per fraudem & subdolam rationem causa vincendi in litibus, mendaciis alios vexo, vel falsa crimina intendo. Calumniari est verba nimiùm consecutari. Quint. { כָּלֵם דִּיבָּבָה. מְגַנְּבָה, συνφυτίω. GALL. Calomnier, déguiser la vérité pour blasmer quelqu'un. ITAL. Calumniare. GERM. Schmäher/ lesterer / salische nachreden treiben. HISP. Accusar falsamente, calumniar. ANGL. To accuse falsely, to forge à crime. } Cic. ad Varonem, Nam quod antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. ¶ Domesticum thesaurum calumniaris, & eing. ιστορίας ALG. Cades, hoc est, tua ipsius carpis lacerasque. Conveniet & in illos, qui ipsorum arcana non celant. ¶ Calumniari cum dandi casu, Asconius Pædianus in Divinat. Frustra calumniantur Ciceroni homines.

Cálumniätör, qui calumniam facit, falsum crimen objicit. { כָּלֵם דִּיבָּבָה. מְגַנְּבָה. συνφυτίω. GALL. Calomniateur. ITAL. Calumniate. GERM. Ein schmäher/ lesterer. HISP. Calumniador, falso acusador. ANGL. He that accuseth falsely, and forges crimes. } Unde in lege duodecim Tabularum, Calumniator idem patiatur quod reus, si convictus fuerit. Cic. in Cluent. Est hic Ennius egens quidam calumniator mercenarius Oppianici.

Cálumniätrix, quæ calumniam facit, η ALG. Cades. Ulpianus D. lib. 37. tit. 9. l. 1. Nisi manifesta sit calumniatrix mulier.

Cálumniösüs, qui calumniam inferte solet. { συνφυτίως. ANGL. Readiyo accuse or forge crimes. } Augustinus: Nemo illuc calumniaosus tendiculum verborum requirit. Apul. Apolog. 1.

Cálumniösè, adverbium. { συνφυτίως. ANGL. By false accusing, by forging of crimes. }

Calutor, minister sacrorum. Lege Calator.

Cálx, pro calcaneo, extrema pedis parte ponitur, qui & pes imus appellatur, à calcando dictus. { כָּלֵב hakéb. וְקָרָב, σφυγός. GALL. Le dessus du talon. ITAL. Calcagno. GERM. Die versen der füß. HISP. Calcañar, ò coce, golpe del pie ò del calcáño. ANGL. The heel. } Virg. 5. Aeneid.

Calcemque terit jam calce Diores.

¶ Unde & pro fine metaphorice ponitur: ut, A vertice ad calcem. Cic. Quoniam sumus ab ipsa calce ejus interpellatione revocati. Ad calcem pervenire, pro eo quod est, ad metam finemque. Proverbialē habet figuram, quoties ad aliud quipiam delectitur quædam ad corpus humanum. Cic. lib. de Amic. Ut cum æqualibus positis, qui buscum tanquam è carcibus emissus, cum iisdem ad calcem, ut di-

citur, pervertere. Simile huic reperitur apud eundem lib. de senect. Nec verò velim quasi decursu spatio à calce ad carceres revocari. Ad eandem virtutis calcem pergere: Gell. cap. 3. lib. 14. ¶ Aliquando pro istu calcis, & percussione pedum, plagaque, λάυρης. Terent. in Phorm. Nam quæ inficta est, adversum stimulos calcis. Iuvenalis, Aut dic accipe calcem. Calce petere, vel percutere, equus dicitur, l. 1. ff. si quadrupes. Et tam pro calcaneo, quæ percussione, modò masculinō, modò feminino genere usurpari solet. Silius,

Iam compos voti ferrata calce cruentat

Cornipedem.

Virgil.

Cornipedemque citum ferrato calce fatigat.

¶ Item pro lapillo. Turneb. lib. 17. c. 18. ¶ Significat etiam κοριάτη fertumen cæmentorum: quod est lapis coctus. Vide infra. ¶ Cálcar, is, Ferreus stimulus ad urgendos equos: sic dictus, quod ad calcem alligetur. { ηζε μαγχάρης. πλήκτης, κίρκος. GALL. VN esperon. ITAL. Sprone. GERM. Ein sporen. HISP. Espuela de hierro. ANGL. A spurre. } Ovid.

Non opus est celeri subdere calcar equo.

Cic. de Orat. Quod dicebat Isocrates doctor singularis, se calcibus in Ephoro egere: contrà autem in Theopompo frænis uti solere. ¶ Currenti calcar addere, proverbialis metaphora, pro eo quod est, cum qui sua sponte ad rem aliquam satis incitatus est, vehementius adhuc inflammare, τηνίστι ἀργεῖν. ¶ Tolle calcar, αἴτη πλῆκτης ἀμυντήσου: id est, tolle calcar ultiorem. Aristoph. in Aulib. αἴτη πλῆκτης, εἰ μέχι, tolle calcar, si pugnas. In eum dici solitum, qui jam ultiorem parat. Calcaria, in gallinis. Col. lib. 81 cap. 2. Generosissimaque creduntur quæ binos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transversa calcaria. Calcar, pro impetu. Varro Sesquiflyffe, Ventos suo calu solum vehementius sufflare, & calcar admovere, Nonius. Calcaria quadrupedem agitabo adversus clivum. Plaut. Afin. sc. 3. a. 3.

Calcatia; ff. lib. 48. tit. 19. l. 8. In calcariam quoque, vel sulphuriam damnari solent. Est locus, in quo calx coquitur: quæ calcaria fornax dicitur. Plin. lib. 9. c. 17. Calcarius, qui coquit calcem. ||

Cálcanëus, & Calcaneum (utroque enim modo dicitur.) Pars posterior pedis inni. { כָּלֵב חָקֵב. וְקָרָב. GALL. Le talon, le derrière du pied où se mettent les esperons. ITAL. Calcagno. GERM. Die versen. HISP. Calcaño. ANGL. The heel. } Virg. in Moreto,

Continuis rimis calcanea scissa rigebant.

Masculini non extat exemplum apud Veteres.

CALCEVS, à calce, Pedis indumentum, quod fit ex pellibus animalium, { כָּלֵב נָהָל. וְקָרָב, καλλίος. GALL. Soulier. ITAL. Scarpa, GERM. Ein schuch. HISP. Capato. ANGL. A shooe. } Cic. de Invent. Si multus erat in calcis pulvis, ex itinere eum venire oportebat. Plaut. in Truc. Iam quos capiam calceos? ¶ Dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelvem, δέξιος εἰς ταῦδε, αριστερὸς εἰς πόδον τούτον. Subaudi verbum ad sententiam accommodum, Mittit, aut Ponit. Suidas ex Aristophane citat, aitque dici solere in eos, qui se norunt commodè ad rei præsentis conditionem applicare, proque loco, tempore, negotiis, aliam atque aliam sustinere personam. ¶ Ne supra pedem calceus, μὲν ταῦτα τῷ πόδᾳ τῷ ταῦδε, id est, ne majora viribus suscipias: aut, magnificientius te geras, quædam pro tua conditione. Lucian. in imagin. & in Gallo.

Calcœolus, diminutivum à Calceus, { וְקָרָבְּגָלָה. GALL. Petit soulier, Escarpin. ITAL. Picciola scarpa. GERM. Ein schüchle. HISP. Capatillo. ANGL. Little shooe. } Cic. de nat. deor. Cum pelle caprina, cum hasta, cum calceolis repandis.

Calcœarium, ii, in singulari numero pluralis vim habet: quemadmodum & vestiarium, וְקָרָבְּגָלָה, וְקָרָבְּגָלָה. Nam quum alicui calcearium, aut vestiarium legatum dicimus, non calcen unum, non vestem unam significamus, sed tantum vestium, aut calceorum, quantum illi corpori honesteque tegendi, pedibusque armantis fuerit satis. Ulpian. de alim. leg. Diariis, vel cibariis relicti, neque habitationem, neque vestiarium, neque calcearium deberi palam est.

Calcœolarius, qui calceos conficit. { וְקָרָבְּגָלָה. GALL. Courdonnier. ITAL. Calzolaio. GERM. Ein schuchmacher. HISP. Capatero. ANGL. Shooe maker, à force. } Plaut. in Aul. sc. 5. a. 3. Propolæ, linteones, calceolarii.

Calcœamén, & Calceamentum, pro ipso calceo. { וְקָרָבְּגָלָה. GALL. Chaussure. ITAL. Scarpe, ò altro vestito del piede. GERM. Geschuch. HISP. Capato, ò qualquier calceado. ANGL. A shooe. } Plin. lib. 19. Hinc calceamina, & pastorum vestis. Cic. 5. Tusc. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solun callum, cibile terra.

Calcœatus, us, idem quod calceamen. { ANGL. A shooe. } Plin. Ita longo itinere sine calceatu atteruntur pedes. Idem lib. 11. cap. 45. Pes imus vestigio carnosò: qua de causa in longiore itinere sine calceatu fatiscant.

Calcio, & Calceo, as, Calceos induo. { וְקָרָבְּגָלָה. GALL. Chausser. ITAL. Calzare, ò ferrare muli, ò cavalli, ò asini. GERM. Schuch anlegen. HISP. Calzar los pies, ò llevar las botas. ANGL. To put on shooes, to shooes. } Et modò accusativum habet eius rei, qua quis calceatur: modò ablativum. Accusativo junxit Plin. lib. 26. cap. 5. Arcesilaum quoque (inquit) magnificat Varro, cuius se inarmoream habuisse lænam tradit, aligerosque ludentes cum ea Cupidines, quorum alii religatam tenterent, alii è cornu cogrent bibere, alii calciarent soccos: omnes ex uno lapide. ¶ Ablativum autem idem junxit lib. 7. cap. 26. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosa ostentationis, quinqueagenario thorace plumbeo in dutum, cothurnisque quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi. Item Gell. Die ferri tunics & lacernis indutos, & gallis calciatos. Plaut. Capt. sc. 2. a. 1. cum calcatis dentibus veniam.

¶ Calceari item equi dicuntur, quum pedes eorum adversus sarcum injuriam ferramentis muniuntur. Testimonium vide apud Suetonium in Vespasiano. ¶ Hujus compositum est, Excalcio: de quo sue loco.

CALCITRO, as, Pede percutio. { *υγειας* *bahat*. *λαξισθω*. GALL. Ruer des pieds, regimber. ITAL. *Trare di calci*. GERM. Mit den füsschen hins dersich schlagen/ schatten/ stampfen. HISP. *Acocear*. ANGL. To kick, to spurne, to winse, to flinge. } Plin. lib. 30. cap. 6. Mulas non calcitrare quum vinum biberint. ¶ Hinc Calcitrones dicti sunt equi, qui calcibus infestant. { *ιπποι λαξισθω*. GALL. Chevaux qui ruent & regimbent. ITAL. Cavalli o muli chi tranno di calci. HISP. Caballos acocedores. Gell. lib. 4. cap. 2. Equus mordax, aut calcitrosus, vitiosus, non morbosus est. Calcitrare, per metaphoram. Cic. pro *Calio*, Illum filium familias patre parco & tenaci habere tuis copiis devinctum non potes: calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti. ¶ Hujus compositum est Recalcitro.

CALCITRATUS, us, nomen verbale. Actus ipse calcitrandi. { *λαξησθε*. GALL. Regimbement, ruade. ITAL. *Percosso con calci*. GERM. Das hinden ausschlagen oder schatten mit den füsschen. HISP. *Obra de acocear*. ANGL. A kicking, or wining. } Plin. lib. 8. c. 44. Mulæ calcitratus inhibetur crebriore potu.

Calcitrones, qui infestant calcibus. Varro *Sesquitysse*: Itaque tuum equum mordacem, calcitonem, horridum miles ac vir non vitabat. Non. Plaut. *Afin. sc. 3. a. 2.* Si quem videt (janua) ad se ire calcitronem.

CALCITROSUS, qui sœpe calcibus ferit. { *λαξισθω*. GALL. Qui a de constume de ruer & regimber. ITAL. Solito à calcitrare. GERM. Der gern mit den füsschen hinden ausschlägt. HISP. Cosa acocadera. ANGL. That kicketh, or winseth of ten. } Colum. lib. 2. cap. 2. Juvencumque restæ tractum calcitrosum reddit, & retractantem.

Calco, as, propriété significat, Pede comprimo. { *תְּרַתָּ darath*; *סִמְרָה ramas*. *τάνα*, *ελέω*. GALL. Fouler aux pieds, mettre le pied dessus. ITAL. Premere col pie, calcare. GERM. Mit füsschen tratten. HISP. Hollar o acocear con los pies. ANGL. To tread, to stampe dounne, to trample, or go upon. } Virg. 2. *Aeneid*.

— mistaque crux calcatur arena.

Plin. Ita feiratis vestibus calcari solent, parietesque similiter.

— durum calcavimus aquor.

Candebæa, Palus Phœnices, in radicibus Carmeli montis, de qua Plin. lib. 36. cap. 26. Pars est (inquit) Syriae, quæ Phœnices dicitur, finiti in Iudeæ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ Candebæa nominatur. Ex ea creditur nasci Belus amnis.

Candefacio, vide Candeo.

Candei, populi sunt in situ Arabico, qui quod serpentibus vescantur, Ophiophagi vocantur. Author Plin. lib. 6. cap. 29. Pomp. lib. 3. in descriptione sinus Arabici.

CANDELA, à candore luminis dicitur. { תְּלִבָּה lappidh, τέλλη ner. κανδέλη, κανδέλης. GALL. Chandelle, torche, cierge, ou telle chose esclairante. ITAL. Candela. GERM. Ein Kerz. HISP. Candela y candil. ANGL. A candle. } Juven. sat. 9.

Candelam apponere valvis.

Plin. lib. 13. cap. 13. Lapidem fuisse quadratum circiter in medio, arctè vinclum candelis quoquoversus. Loquitur de lapide in quo reperti sunt libri Numæ. Hermolaus: Candelæ, inquit, sunt quæcumque constent materia, scirpis, tæda, sebo, cera: ut mirum non sit libros Numæ candelis involutos tradi. Candelas sebare, Col. lib. 1. cap. 22. Vide Mart. epigr. 40. lib. 14.

Candélabrum, & Candelabrus, Instrumentum in quo figitur candelæ ad lucendum. { τελετὴ menorah. λαντερνα, κανδελιον. GALL. Chandelier. ITAL. Candeliero. GERM. Ein Kerzstock, ein liechtstock. HISP. El lugar donde se pone el candil, candelero. ANGL. A candlestick. } Dicitur, quod in eo candelæ figantur, authore Festo. Cic. 6. in Verr. Tam vero lectos æratos & candelabra ænea. Martial. de candelabro Corinthio, lib. 14.

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt

Non norat parcos nupta lucerna patres.

Candelaptes, qui candelas accendit. L. gr. b.

Candelaria, herba officinis, que aliter Candela regia, item lucernalis, lucumbra, verbascum. GERM. Königskerze brennkraut. ITAL. Torchio. GALL. & ANGL. Torche. HISP. Antorcha. }

CANDEO, es, ui: Candidus sum, albedine illustri nitore. { γαλβάνιον hilbin.

Ad nos equi. GALL. Eſtre blanc. ITAL. Eſſere bianco. GERM. Weißsein. HISP. Emblanquecer. ANGL. To be white or shyning. } Virg. & Eneid.

Candentis vacca media inter cornua fundit.

Ovid. 11. Metam.

Candida de nigris, & de carentibus atra.

¶ Significat etiam ignitum esse. { πῦρ kadhach. τύειν, οὐπυγεῖν. GALL. Eſtre embrasé, ou reluire, & eſtre blanc par force d'eſtre embrasé & cuit au feu. ITAL. Divenir di fuoco. GERM. Glüend sein/feurig sein. HISP. Encenderse. ANGL. To be hoate and glowing redde. } Cic. 2. Offic. Qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum. Composita, Excandeo, & Incandeo, à quibus Excandesco, propriè vehementer incendor, inflammor. Cato de R.R. Nam si sub teſto coquas, quum bitumen & sulphur additum est, excandesces, hoc est, incendetur, & inflammabitur. Transferuntur etiam ad iram, θυμόν, quod ea est velut ignis animum incendens, & vultum hominis quodam candore perfundens: vel quia, ut sol quanto candidior, tanto ardenter: ita animus, dum concitatus est, inflammatus, incensus, & excandescens dicitur, ut tanta mentis commotio significetur. Cælius. Cic. Id postquam resciit, excanduit, & me causam inimicitiarum querere clamavit, id est, ita vehementer incensus est. Hinc Excandescentia, quæ est (ut Cic. 4. Tusc. inquit) ira nascens, & modò existens, θυμόν, Incandesco, candens & ignitus fio. Ovid. Metamorph. lib. 7.

Non secus exarſit, quād quum Balearica plumbum

Funda jacit: volat hoc, atque incandescit eundo:

Et quos non habuit, sub nubibus invenit ignes.

Eſt & Recandeo, à quo recandesco, quod est rursus candesco, & accipitur pro calefacio. Idem lib. 1. Metam.

Ero ubi diluvio tellus lutulenta recenti,

Solibus aethereis alto quo recanduit astu.

Candens quid propriè dicatur, docet Gel. cap. 10. lib. 17.

Quæs nonnquam candente dies apparuit ortu.

Tibul. lib. 4.

¶ Candes, vasa fistilia. GERM. Gebrante gefäſſe. }

Candesco, Ignitus fio, Ignesco. { πῦρ kadhac. τύειν. GALL. S'embraser, devenir feu. ITAL. Divenir di fuoco. GERM. Glüend oder feurig werden. HISP. Encenderse. ANGL. To roxe heat or glowing redde. Ovid. 2. Metam.

— currusque suos candescere.

Interdum etiam album fieri significat. Tibullus lib. 1.

— Licetque caput candescere canis.

Candetum, Galli appellant in areis urbanis spatiuin centum pedum, quasi Centeatum: in agrestibus autem pedum centum quinquaginta quadratorum justum Candetum vocant. Ex libello variorum aucthorum de Limitibns.

Candor, is, Albedo splendori conjuncta, { γαλάζια latán. λαδογάντε. GALL. Blancheur, lueur, pureté, bonne foy. ITAL. Bianchezza, candore. GERM. Weißesse glitzerethie. HISP. Blancaura con lustre. ANGL. Whitenesse, gloving reddeness, virginitesse. } Plaut. in Men. O! sole vides, statim ut occatus est, præ hujus corporis candoris. Plin. lib. 12. cap. 14. Thus probatur candore. Cic. 2. de nat. deor. Nam Solis calor & candor illustrior est, quād ullius ignis: quippe qui immenso mundo tam longè latèque colluceat. Dicitur & per metaphoram candor animi, à Cic. multis in locis, pro synceritate & puritate animi.

Quique est in charis animi tibi candor amicis;

Ovid. Eleg. 6. lib. 3. Trist.

Gratia candoris si quæ relata meo est,

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Candefacio, Candidum facio. { γαλβάνιον hilbin. λαδογάντε. GALL. Faire blanc, blanchir. ITAL. Imbiancare. GERM. Weyß machen / weyßen. HISP. Emblanquecer. ANGL. To make white. } Plaut. in Mostell. Una opera ebur atramento candescere postulas. ¶ Aliquando etiam candefacere, est candentem & igitur reddere. { ιπτυγένεια. GALL. Eschauffer tellement quelque chose qu'on la fasse reluisante & comme blanche. ITAL. Scaldare talmente una cosa che ti paria bianca. GERM. Glüend machen. HISP. Encender. ANGL. To make glowing heat or fine. } Plin. lib. 34. cap. 8. Ubi inter lapides candelæ factos fundit. Excoctum & candefactum argentum. Gell. cap. 5. lib. 6. Hinc excandefacio, candens & ignitum facio: unde Ferrum excandefactum, hoc est, candens & ignitum. Per translationem accipitur pro ira inflammare, θυγατρι.

Candico, as, candorem habeo; subcandidus sum. { δοπλόκανθη. GALL. Eſtre blanc, tirer sur le blanc. ITAL. Eſſere un poco bianco. GERM. Weyß/ glitzerechig sein. HISP. Ser blanco por defuera. ANGL. To be somewhat white. } Plin. lib. 8. Insigne ei in dextro latere candicans macula.

Candicantia, æ, pro albedine, { λαδογάντες. GALL. Blancheur, couleur blanche, tirant sur le blanc. ITAL. Bianchezza. GERM. Weiß. HISP. Blancura. ANGL. Bleaching, making faire or white. } Plin. lib. 37. cap. 13. Fictitiae sacrificationis candicantiam fugiunt.

Candidatus, alba ueste indutus. { λαδογάντες, λαδοχίας. GALL. Veste de blanc, blanchi. ITAL. Vestito di bianco. GERM. Mit weyßen Heidern angethon. HISP. Cosa uestida de ropa blanca. ANGL. Clothed in white. } Plautus Rud. Ergo vos æquius erat candidatus venire, hostiatisque. Item, qui luce quadam nitente est perfusus, Unde Lactantius immortalitate nos veluti candidatos esse, eleganter dixit. Quintil. declam. 282. Candidatum Sacerdotii rapuit.

¶ Candidati etiam dicebantur, qui ad alicujus magistratus, aut dignitaris petitionem aspirabant, ei παραγγελμένης τὰς δέξεις, ei διεγέρησι, à toga candida, quam per id tempus induebant, sive ad denotandam integratem, quod solus hic color syncerus ac purus, & minimè inquinatus est: sive, ut perspici ab omnibus possent. Ite autem candidati per comitia solebant, suadendo, rogando, submittendo se omnia, & nudato etiam corpore, cicatrices ostendendo. Cic. pro Murena, Nec candidatis ista benignitas admenda est, quæ liberalitatem magis significat, quam largitionem. Inde per transla-

translationem aliarum quoque rerum petitorum, candidati dicuntur, sicut à Quint. Candidatus eloquentia: & à Plinio in Paneg. Candidatus gloriae, & immortalitatis: ab Hieronymo, Candidatus fidei. Ex quibus ostenditur Candidatus construi cum genitivo: ut sit candidatus Consulatus, Praetoratus, Quaestoratus, qui petit Consulatum, Praetoratum, Quaestoratum. Candidati erant discincti, & sine tunica, & cur. Plutarch. in Coriol. Candidatus Equestris gradus. Suet. in Galb. c. 14. Candidati milites, inquit Vegetius lib. 2. Hi sunt principales qui privilegiis muniantur. Reliqui manefices appellantur, quia munera facere coguntur.

Cān dīdūs, a, um, Albus, lucens. { λαβάνος, λευκός. GALL. Blanc, reluisant, resplendissant. ITAL. Candido, bianco. GERM. Weiß/ gleyssend. HISP. Blanco con lustre. ANGL. White shining. } Servius in 3. Georg. Aliud est candidum esse, id est, quadam nitente luce perfusum; aliud album, quod pallori constat esse vicinum. Itēmque candidum propriè dicitur, quod fit cura: album, quod fit natura: & candido nigrum, albo verò fuscum opponitur. Corn. Front. de diff. vocab. O candida & fusca vox. Quintilian. Reus candido sudario frontem terges? Idem.

Cignus es, & fato candidiore frui.

Ovid. Eleg. 4. lib. 3. Trist. Candidum panem edo. Quint. Candide Lector. Ovid. Eleg. 10. lib. 1. Trist. Item candida manu propinare. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 5. ¶ Sumitur etiam Candidum, αὐτός, pro ignito, { ANGL. Fiery, bright shining like fire. } Unde ferrum candidum vocamus, quem accensum est & ignitum. ¶ Et quia inter colores candidus purissimus est, accipitur etiam Candidum pro puro, & sincero, & minimè fucato. Horat. 1. Epist.

Albinoflororum sermonum candide judex.

Et candidus sermo, λευκός λόγος, Græcis dicitur oratio dilucida perspicuaque, à colore qui inter ceteros plurimum habet lucis. ¶ Inserendum candidus ponitur pro Felici: tractum à Thracibus, qui diem fortunatum, albo: adversum nigro designantur. Catullus,

Fulsiere verè candidi tibi soles.

Horat. lib. 2. Ser.

— huncine solem

Tam nigrum esse mihi?

id est, tristem & exitiosum.

Candidè, Purè, syncerè, benignè. { δημοσίων. GALL. A la bonne soy, simple. ITAL. Da huomo da bene, di puro cuore. GERM. Ein festlich/ treulich/ ohne betrug/ gänglich. HISP. Simple y puramente. ANGL. Simple, uprightly. } Cætus Ciceroni, Cavendum tibi erit, ne parum simpliciter, & candidè posuisse inimicitias videaris.

Cāndidūs, a, um, diminutivum. { λευκίτης. ANGL. Somewhate white. } Cic. 5. Tusc. Candidū dentes, venusti oculi, color suavis.

Candido, as, candidum facio. { λευκή hilbin. λευκίνα. GALL. Blan-chir, faire blanc. ITAL. Embiancare. GERM. Weyßen/ weiss machen. HISP. Emblanquecer. ANGL. To bleach, to make white. } Pomponius, Vestem lixivio candidans. Plin. Cujus radice utuntur ad candidandos capillos. Nomius, Albicatur, candidatur, exalbescit.

Candidico, as, idem. λευκία, { ANGL. To make white. } Nævius, Polliens sese, & succis herbarum candidans cœtem.

Candidatōris, a, um, προσεγένετος: ut, Candidatorium munus. Cic. ad Attic. lib. 1. Nos in omni munere candidatorio fungendo sum-mam adhibemus diligentiam.

Candidum, λευκός, Zeugitanæ regionis (quæ propriè Africa diciter) promontorium est. Sunt enim in minore Africa tria promontoria, teste Plin. lib. 5. cap. 4. Candidum, circa quod Scipio in Africam proficisciens, copias suas expoluit: mox Apollinis adversum Sardiniam, & Mercurij adversum Siciliam: quæ in altum procurcentia, duos efficiunt sinus. Hyponensem, & Diarthytum.

Candion, sachari genus, L. gr. b. ||

Candiope, κανδιόπη, Oenopionis filia & Orionis soror (ut Theodosius afferit) quam quum frater in venatione in antrum traxisset, vim illi intulit, & ex ea Hippolagum suscepit: quod quum Oenopion rescivisset, indignatus, filium exulatum abire jussit, qui oraculo edocitus, versus Orientem in Thraciam cum Candiope & parvo filio defatus, ibique ob insignes virtutes in magno pteo fuit.

Candosoccus, in vitibus quid dicatur, docet Columel. lib. 5. cap. 4. his verbis: Nonnullos tamen in vineis choracatis animadvertisi, & maximè helvenaci generis prolixos palmites, quasi propagines summo solo adobtuere, deinde rursus ad arundines erigere, & in fructum summittere, quos nostri agricultæ Metgos, Galli Candosoccos vocant.

Candyba, κανδύβα, τὰ Steph. Lyciæ regionis civitas est, ubi laudatur Oenium nemus. Hac Plin. lib. 5. cap. 27.

Candylus, κανδύλος, coatura edulis ex oleo, lacte, caseo & melle.

Candys, κανδύς. Pollux lib. 7. cap. 13. ponit inter vestimenta Persarum propria.

Canella, cassia, cinnamomum. L. gr. b. ||

Cinēns, entis: Nympha fuit, Pici Laurentium regis uxoris, quæ quum virum à Circe in avem mutatum supra modum lugeret, extabuit, & loco cuidam ad tipam Tyberis, ubi haec contigerunt, nomen suum reliquit. Fabulam hanc vide latius apud Ovidium 14. Metam.

Cane, oppidum Aeolidis regionis. Plin. lib. 5. cap. 30.

Cane, vel Cana, promontorium Aeolidis, olim Aegetes. Vide Steph.

Canebium, κανέβιον, urbs Caria, Cyon post appellata. Steph.

Canentas, capitis ornamenta veteres dixerunt. Festus.

Caneo, vide Canus.

Cānephōrā, κανεφόρη, Virgo dicitur, quæ more Attico sacra in cistulis reposita capite sustinebat: nam enim Græci dicunt, quæ nos Canistra, & per diminutionem Canistella. Cic. in Verrem, Habe Canephoras, deorum simulachra restitue.

Canephorus, apud Plinium lib. 36. cap. 5. inter nobilia scopæ opera è marmore censeretur. Hic Canephorus idem est, quod autè Cane-phora. ||

Cani, canorum. Vide Canus,

Cana, æ, uticæ sylvæ genus. Plin. lib. 21. cap. 15. Et in sylvestri quæ dicitur Cana, actior, caule quoque mordaci, timbratis foliis. Cānicæ. Furfures ab antiquis dicebantur. { ANC. Skourfe or brane of wheate. } teste Festo, ex Non. cap. 2. n. 150. eo quod canes iis pat-terentur. Unde Canicaceum paneum, furfureum dicimus. Pacuvius, Qui apud te, quasi servus, est canicaceum panem. Alij legunt Ca-nictum.

|| Canicaceus, a, um, est furfuraceus: à Canicis. || Vide Canis.

Cānicēps, genus animalis faciem caninam habens. κανοκέφαλος. Plin. lib. 7. cap. 2. tradit in Asiæ montibus genus hominum esse canino capite, pro voce latratum edentium, quos vocat κανοκέφαλος: nos etiam Canicipites vocatè possumus.

Canicula, vide Canis.

Cāndiæ, Unguentaria fuit Neapolitana, in quam, tanquam veneti-am, sepe invehitur Horatius.

Caninius, septem horarum Consul fuit, in quem iactatum est scomita illud Ciceronis, Mira fuit Canini Consul's vigilantia, qui toto suo Consulatu somnum non vidit. Cic. Caninius alet Eques Rom. quum in Siciliam otandi causa venisset, hortosque à Pythio argen-tario viro doloso emisset, instructos pescibus & pescatoribus de in-dustria positis, postera die, quum ad eosdem ipse amicos invitasset, nullos ibi neque pisces, neque pescatores reperit. Vide Ciceronem lib. 3. Offic.

Cāninus, vide Canis.

Cānis, gen. comm. Animal domesticum satis notum. { κανίς chele^t, κάνας. GALL. Chien ou chienne. ITAL. Cane. GERM. Ein hund. HISP. Can, perro. ANGL. A dogge, or bitch. } A canendo dicitur, quod nocte in custodia & in venando signum vocet. Teren. in Phorm. Intuitus in aedes ater alienus canis. De hoc Columel. lib. 7. cap. 12. Quis hominum clarus, aut tantæ vociferatione bestiam, vel furem prædicat, quā illæ latratu? quis famulus amantior domini? quis fideliors comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inveniri vigilantior? quis denique ultor, aut vindicta constanter? De gene-re autem & natura canum, vide Plin. lib. 10. cap. 63. & Xenophon-tem in opere de Venatione. Ut minuti canes latrantes ad occusum ignorotum. Senec. de vita beata. cap. 19. Ita me ab lava rabiosa fo-mina obseruat canis. Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Item sc. 5. a. 5. Uxorem suam canem esse aiebat. Canem hanc esse par fuit, sagax nasum ha-bet. Idem Curt. sc. 2. a. 1. Hecebam Græci canem esse prædicabant, Idem Men. sc. 1. a. 1. Dicebant & veteres etiam in singulari Canes, quemadmodum Varro lib. de ling. Lat. 6. probat ex Ennio. Tantidem quasi foeta canes sine dentibus latrat. Lucil. de litera R. Irritata cane. ¶ Canis item pescis matinus est, ita dictus, quod cani similis sit. ¶ Canis præterea ludi talaris signum, quod unum duntaxat punctum continet: ideo damnosus canis appellatur à Propertio: Semper damnosus sub siluere canes.

¶ Canes pro furiis. Virg. 6. Æneid.

— visque canes ululare per umbras

Adventus dea.

Ubi Servius, Canes furias dicit. Semidei canes. Lucan. lib. 8.

Nos in templo tuam Romana accepimus Iñi,

Semideosque canes,

Videlicet Mercurium, quem Anubim vocant. Nam colitur apud Ægyptios in forma canis, & lingua Ægyptia Anubis canis dicitur. Canis, est etiam vox qua impudentibus inimicis convitum fieri solet. Terent. in Eunucho, Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. G. Ain' tu verò canis. Donatus, Canis ad cibum, κανεῖ ἀνθρώπον. De iis qui in suum properant exitum. Qui canem volunt occidere, ci-bo ostensio alliciunt. ¶ Te ipsum non alens, canes alis, κανεῖς & οὐρανοὶ, κανεῖς οὐρανοὶ. In eum dicebatur, qui quum per inopiam sibi, quæ sunt ad vitam necessaria, suppeditare non posset, conate-tur aut equos, aut famulos habere domi, splendidisque vestibus indui. ¶ Cum cane simul & lorum, κανεῖ τὸ κανεῖ τὸ λογισμόν. Eude-mus indicat dici, quoties simul omnia percunt, & nihil omnino sit reliqui, ne spes quidem recuperandi quod periret. ¶ Canis das paleas, asino ossa, κανεῖς οὐρανοὶ κανεῖς, οὐρανοὶ οὐρανοὶ. Quum res præpostere distri-buitur: veluti si quis indocto munus mittat literatum, eruditio flo-sculos & gladium, baltheumve; militi librum. ¶ Canis ad proprium vomitum, κανεῖ ἀνθρώπον οὐρανοὶ. Quadrat in eos qui telabentur in eadem flagitia, à quibus aliquando sunt expiati. Refertur in Epist. D. Petri. ¶ Digna canis pabulo, κανεῖ κανεῖ οὐρανοὶ. Fermè perinde valet, ac si dicas, Dignus operarius mercede sua. Refertur à Suida. Quadrabit in hominem non usquequa rejeiciendum at-que iniurilem. ¶ Canem exoriatam exoriat, κανεῖς οὐρανοὶ οὐρανοὶ. Suidas ait dici solere de iis qui iterum ea patiuntur, quibus al-j quando fuerunt affliti. Aristoph. in Lysistrata. Diogenianus ait convenire in eos qui frustra sumunt operam. Sunt qui putant magis quadrare quum quis affligit afflictum. ¶ Canis festinans cæcos paric-atalos, κανεῖς οὐρανοὶ τοφαντεύεται. In eos jicebatur, qui nimio festinandi studio, rem patinum absolutam edunt: ut si quis operis patum elimiati præcipiter editioam. Galen. lib. 2. de semine. ¶ Ca-nis in præepi, κανεῖς οὐρανοὶ. In eos dicitur, qui nec ipsi fru-n-tur te quapiam, neque reliquos item sinunt uti. Quandoquidem ca-nis in præepi, nec ipse vescitur hordeo, & equum vescit vesci. Lu-cian. adversus indoctum. ¶ Objicere canibus agnos, κανεῖς οὐρανοὶ οὐρανοὶ: dicebatur qui imbellem & litium imperitum talumi-natoriis & exercitatis exponeret, quod genus sit animalium omnium maximè imbellis. Refertur à Diogeniano. ¶ Ex canis podice, κανεῖς οὐρανοὶ. Dictum videtur à Luciano, pro eo quod est, rebus anxiis atque angustis, quod ea pars arctior sit huic animali: quamobrem & exercitunt difficilius. ¶ Canis saeviens in lapidem, κανεῖς οὐρανοὶ οὐρανοὶ. Competit in eos qui mali sui causam imputant, non ipsi authori, sed alteri cuiusdam. Plato de Rep. & Pacuvius apud No-nium, Invitis canibus venari. Hoc adagio Plautus in Sticho, signi-ficare videtur non sat feliciter succedere, quod à nolentibus extor-quetur. ¶ Canis γανδικταν, κανεῖς οὐρανοὶ. Macedonicum adagium, in eos qui præter expectationem pœnas dant iis quibus aliquando læ-serunt. Natum ab Euripidis tragicæ poëtæ interitu, qui à canibus fuit

fuit disceptus. ¶ Canis caninam non est. Proverbium, ad quod alius Juvenalis: Parcit cognatis maculis similis fera. Vattro lib. 6. de ling. Latin. ¶ Canis iudicis lepotem fugientem sequitur: habet in lingua stellam unam, qua proprie appellatur Canis, magnam quidem & splendidam, in capite alteram, quam nonnulli Sition dicunt. Sunt ergo duo canes in celo, major scilicet & minor: sed Canem dicendo, majorem intelligimus. Minor etiam canis Canicula dicitur: quia quia integrum diem in ortu atque occasu Canem praeceps, à Græcis κανίς vocatur. Hæc etiam Antecanis, & Sirius dicitur. Cic.

Antecanem Procyon, Graio qui nomine fertur.

Oritur XVII. Calend. Aug. Occidit, sed non tota, post dies quadriginta: idque dictum spatiū, Dies canicularē appellamus, eo quod sydus hoc iis diebus in medio cœli centro sit: conjunctumque cum sole, duplicit calorem quo dissoluuntur corpora, & evaportantur. ¶ Dicta Canis, quod corpora morbo afficiat, & nimis calore mordere instar canis animalis videatur. Canis, &c. Suct. in August. cap. 71.

Cānicūla, diminutivum à Cane, quum est fœm. gen. { κανιδη. GALL. Petite chienne. ITAL. Una picciola cana. GERM. Ein hundsin. HISP. Perru pequeña, perrita. ANGL. A little bitche. } Cic. 3. de nat. deor. At illud non modo non arrogantis, sed potius prudentis, intelligere se habere sensum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. ¶ Accipitur & pro signo cœlesti, κανιδη. Colimel. lib. 10. Quinque perfecto solstitio usque ad ortum Canicula, qui ferè dies trigesima sunt. Hinc canicularē οὐαφὶ τούελον μέρη. ¶ Dicebatur præterea hoc nomine, tali latus, quod unitatem ostendebat, in quod converso talo deponebatur ab eo qui jactaverat, nummus unus, aut quantum inter se pacti fuerant, sine aliquo luero: idcirco damnosa canicula vocabatur. Persius,

— daenosa canicula quantum Raderet.

¶ Canicula item gêns pisces marini, apud Plin. lib. 32. c. 11. ¶ Canicula item de homine mordaci, apud Gellium lib. 4. cap. 20. Qui jurabat cavillator quidam, & canicula, & nimis ridicularius fuit. Item de muliere. Plaut. Cure. sc. 1. a. 3. Age istam caniculam. Cānīnūs, a, um, quod est ex cane. { κανίνης. GALL. De chien, des appartenances de chiens. ITAL. Di cane. GERM. Händisch/was vom hund ist. HISP. Cosa de can, o perro, perruno. ANGL. Of a dogge, doggish or curlish. } Plinius, Sanguine canino nihil contra toxica præstantius est. Unde canini dentes, post primores: de quibus in dictione Dens. Et caninum prandium, abstemium, in quo nihil vini potatur, quoniam canis vinum non bibit. Vide Aulum Gellium lib. 13. cap. 29. Canina cœna, idem. Plaut. in Cas. Hac ibo, caninam cœnam spero meliorem fore. Et canina facundia, Salustius apud Nonium Marcellum in dictione Rabula. Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur. Hieronymus ad Rusticum monachum, Pompatum ferculis procedunt in publicum, ut caninam exercent facundiam. ¶ Caninum studium, ars oratoria per contemptum, ut Canina eloquentia, apud Quint. lib. 12. cap. 9. & Isid. lib. 3. de summo bono. Colum. initio operis: Sed ne caninum quidem (sicut dixere veteres) studium præstantius, locupletissimumque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus, neglectum à majoribus, à nobis etiam concessum intra incenia, & in ipso foro latrocinium.

Cānāriūs, a, um, quod ad canem pertinet. { κανίνης. GALL. De chien. ITAL. Canino, cagnesco. GERM. Das zum hund gehört. HISP. Cosa de can o perro, perruno. ANGL. Of a dogge. } ut Lappa canaria, quæ canibus adhæret. Augurium canarium. Plin. lib. 18. cap. 3. Augurio canario agendo dies constituantur, prius quam frumenta vaginas excent, & antequam in vaginas perveniant.

Cānātim, adverbium, significans ad similitudinem canis. { κανίτιμος. GALL. En chien, en façon de chien. ITAL. Cognoscamente, in cagnesco. GERM. Auf hundische weys. HISP. In manera de can o perro. ANGL. Like a dogge. } Sicut Bovatim, ad similitudinem bovis. Nigidius Figulus in Comm. Gram. ut citat Nonius, Sunt etiam assimilanter dicta hæc, Canatim, Suatim, Bovatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Cānistim, & Canister, { κανίστρον. GALL. Panier ou corbeille faite d'osier. ITAL. Canestro, cestro, paniere. GERM. Ein torb. HISP. Canasta. ANGL. A panier or basket made of wicker osiers. } Fiscella, cista viminea: à Græco κανίσπερ, α, in ε, mutato, aut à κανίσπερ, quod idem significat, teste Hesychio. Virgil.

— Cererēmque canistris Expediunt.

Ovid. 2. Faſt.

Stat puer, & manibus lata canistra tenet.

Palladius, Salignis canistros fieri debere virgultis, quia genus hoc oleum dicitur adjuvare. ¶ Hinc fuit diminutiva, Canistella & Canistellus, κανίστρον, κανίστρον.

Canis, Poëta fuit temporibus Martialis, cique familiaris: qui natura ita hilatis erat, ut semper rideret, de quo idem Martialis lib. 1. ep. r. ad Maximum.

Cānnā, { κανάριον. κανά, δέναζ. GALL. Canne, roseau. ITAL. Canna. GERM. Ein rohr. HISP. Caña. ANGL. A cane or reede. } Arundo, licet minor sit, & major calamo. Ovidius,

— Opigram velabat canna paludem.

Col. lib. 3. de Arundineto, E. est autem senectus, quum vel exaruit situ, & inertia plurium annorum, vel ita densatum est, ut gracilis, & canæ similis arundo prodeat. Strabo scribit, in Africa ad cubitos quinos longas, crassitudine verò digitii minoris canas nasci.

Cānnēus, a, um, adjektivum, quod ex canis conficitur. { κανάριον. GALL. De canne ou roseau. ITAL. Di canna. GERM. Röhrin/das aus rohren gemacht ist. HISP. De caña. ANGL. Made of canes or reedes. } Unde Columella, Canæas tegetes vocat, storeas ex canis conficitas, quæ ad excipiendam olivam arboribus substerni solebant. Sic enim ait lib. 12. cap. 50. Urcei quibus oleum progeritur, canæas tegetes, quibus oliva excipitur.

Cānnētum, ubi canarum copia est. { καναριών. GALL. Lieu où croissent les cannes ou roseaux. ITAL. Canneto. GERM. Ein ort da vil-

rohr wachsen. HISP. Cañáveral, lugar donde nacen cañas. ANGL. A place wheres canes or reedes groweth. } Palladius, Lilieta canæa ponenda sunt.

Cannitus, adjektivum. Titulus est apud Palladium lib. 2. tit. 13. de Cameris canmitiis, de quibus sic ait: Cameras in agrestibus ædificiis, ex ea materia utilius erit formare, quæ facile invenietur in villa. Itaque aut tabulis faciemus, aut canis hoc gener.

Cānnabis, { κανάριον. GALL. Du chanvre, cheneau. ITAL. Canapo. GERM. Hanß. HISP. El cañamo. ANGL. Hemp. } Herba est, ex qua sunt chordæ. Persius.

Tun' mare transfilias; tibi torta cannabe fullo

Cœna sit in transfrros?

¶ Dicitur & Cannabum. Palladius lib. 3. cap. 6. Hoc tempore canabum scris.

Cānnabacēus, a, um, & Cannabinus, a, um, quod est ex canabæ. { καναριών. GALL. De chanvre. ITAL. Di canapo. GERM. Hanß/ das ansi hanß gemacht ist. HISP. Cosa de cañamo. ANGL. Of hemp. } Colum. lib. 7. Cannabinisque funibus cornua jumentorum ligato. Vattro lib. 3. cap. 5. Rete cannabinâ recta sit porticus.

Cānnæ, arum, κανάριον: tantum pluraliter, Vicus in Apulia, Romanorum clade clatus. Lucan. lib. 7.

— non illum pœnu humator

Consulis, & Libya succensa lampade Cannæ

Compellunt, hominum ritus ut servet in hostes.

Cānnēses, populi Cannas inhabitantes, Corinensis & Collatinis vicini, teste Plin. lib. 3. cap. 11. Pugna Cannensis, Propert. lib. 3. Cannensis calamitas, Cic. de clar. Orat.

Cannenfates, populi sunt insulani, Batavis finitimi, apud Plinium lib. 4. cap. 15.

Cānnictæ cameræ. Dicuntur in agrestibus ædificiis ex cannis construætæ, κανάριον κανάριον, ut est apud Pallad. lib. 1. tit. 13.

Cāno, is, cecini, cantum: sed ejus composita faciunt præteritum in iiii, divisis syllabis, significante propriè canete, modulari. { τον schär, τον zimmer. φων. GALL. Chanter. ITAL. Cantare. GERM. Singen. HISP. Cantar. ANGL. To singe. } Plin. lib. 10. cap. 29. Merula canit æstate, hyeme balbutit. Cic. 4. Acad. Quum cornix canticerit. ¶ Hinc canere poëtæ dicuntur, quoniam versus rhythmica tatione compositos, cantando pronuntiare consueverunt. Virg. 1. Æneid.

Arma virūmque cano.

Tubæ utrinque canunt. Plaut. Amph. sc. 1. a. 1. Item,

Vndique quique canent vinclito pede, siue soluto.

Tibul. lib. 4. ¶ Canere etiam is dicitur, qui fides, organaque pulsat, aut qui tibias inflat. Cic. 1. Tusc. Igitur Epaminondas, princeps meo judicio Græciæ, fidibus præclarè cecinisse dicitur. Idem 2. de Orat. Quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic Orator sine multitudine audiente eloquens esse non potest. ¶ Canere receptui, την οὐκτησι ἀνακαίνεις, ἀναληπτική συμβολή, significat post confitum milites à pugna revocare, quod sit cantu tubarum & clangore, Liv. 6. bell. Pun. Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit: sed Flaccus receptui cani jussit. ¶ Contrà, Canere bellicum, μάχης συμβολή, τὸ πολεμοῦσα συμβολή, est milites tubæ clangore ad bellum accendere. Cic. in Orat. Alter incitatio fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodam modo bellicum. ¶ Sed quia veteres laudare versibus solebant, factum est, ut Canere, pro laudare capitatur. Virg. 7. Æneid.

— regémque canebant.

Et pro prædicare, & cum quodam, ut exaudiri possit, canore proferte. Martialis,

Quicquid fama canit, donat arena tibi.

¶ Canere idem etiam quod vaticinari. Cic. in Sextiana, Non haec à me tanquam fata canebantur. Idem in Catil. Quæ ita nobis consulibus facta sunt, ut haec quæ nunc sunt, canere dii immortales viderentur. Idem in Orat. pro dom. Et Virg.

Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

¶ Canere eandem cantilenam dicitur is, qui molestus est, sibi inculcans. Terent. in Phorm. Cantilenam eandem canis. ¶ Intus canere dici solet is, qui privati commodi studiosus quicquid agit, id omne ad domesticam fert utilitatem. Cic. in Rullum, adversus legem agrariam: Atque hoc carmen hic Tribunus plebis non vobis, sed sibi intus canit. ¶ Haud canit paternas cantiones, η μαρτυρία αὐτῶν μέλη. De eo jactatum, qui à paternis moribus degenerat. ¶ Canis, οὐδεις ἵππος, pro nugatis, ineptis, frustrâ loqueris; etenim qui canunt, non videntur rem seriam agere. Frustrâ canis, οὐδεις οὐδεις. De iis qui frustrâ suadent. ¶ Sibi canere, ιωντος φάσεως, dicitur qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, sed animo obsequens suo. Hujus verbi composita sunt, Accino, quod est ad aliquid, vel juxta cano: οὐδεις, οὐδεις, ιωντος φάσεως. Concino, simili cano. Intercino, inter agendum cano. Occino, sive Occano, οὐδεις, convitum facio. Percino, canendo persevero. Procino, canendo profero. Præcino, prædicto, prædivino, & antè cano. Recino, rufus cano. Horat. lib. 1. Carm. od. 12.

Quem deum? cuius recinet jocosa

Nomen imago.

¶ Interdum significat in contrarium cano. Inde frequentativum Recantare, idem significans, quod retractare, & quod semel à nobis male aut dictum, aut scriptum est, revocare, & corriger: quod Græci eodem modo dicunt παλινῳδεῖ. Idem Horat. lib. 1. Carm. od. 16.

— nunc ego mitibus

Mutare quaro tristia, dum mihi

Fias recantatis amica

Opprobriis, animumque reddas.

Et Succino, quod est summissa vox cano. Et omnia habent penultimam correptam.

|| Canobus, vide Canopus. ||

Canens. V. Circé.

Cāntōnis, Cantus. { בְּמִזְרָחָה זֶמִירָה, שִׁירְשָׁבֵר. ḥ̄צְעָג. GALL. Chant, chançon.

chanson. ITAL. Canto, canzone. GERM. Ein gesang. HISp. Canto, d'cancion. ANGL. Singing, a songe. } Plaut. in Sticho, Cantio in Olympicis. Suet. in Neron. cap. 25. Lepidam & suavem aliquam cantionem occipio. ¶ Cantio pro incantatione. Cic. de clar. Orat. Subito totam causam oblitus est, idque beneficiis & cantionibus Ticius factum esse dicebat.

Cantiuncula, diminitivum, { ἀσφύγειν. ANGL. A songe of light masters. } Cic. 3. de finib. Vedit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Cānōr, oris, est elegantia quædam, ac consonantia. { טרדר זמירָה. פְּלִיאָה. GALL. Son accordant. ITAL. Canto, concerto, eleganza. GERM. Ein lieblicher zusammen stimmender thon. HISp. Canto accordado, klangza, gala ò gentileza. ANGL. Melodious singing. } Ovid. 5. Metam.

Nec tamen ille canor mulcendas natūs ad aureis.

Virg. 4. Georg.

namque morantes

Martius ille aris rauci canor increpat.

Cānōrūs, a, um, adjetivum, Vocalis, sonorus. { λιγός φανός υιζάλθως. GALL. Resonant, doux, & accordant. ITAL. Sonoro, canoro. GERM. Wohlklangend/wolfsingend. HISp. Cosa que mucho suena & resuena. ANGL. Lowode, shrill. } Plaut. in Pœn. Canora hic voce tinnire temperent. Cicer. de senect. Omnino canorum illud in voce splendescit. Virg. 6. Aeneid.

Threicia frettus cishara, fidibusque canoris.

Cānōrōsūs, a, um, idem. { ANGL. Shrill. } Gellius, Collectamque coactamque vocem, & magis claros, canorosque sonitus facit.

Cāntilēnā, Carmen, canticum. { טרדר זמירָה. פְּלִיאָה, פְּלִיאָה. GALL. Chanson. ITAL. Canzone. GERM. Ein gesang/ ein lied. HISp. Cancion, cano. ANGL. A songe. } Cic. 1. de Orat. Neque ex scholis cantilenam requirunt. ¶ Accipitur & pro verborum jactatione, denuntiatione, & rumore. { ANGL. A speache or tale commonelie used, a rumour. } Brutus ad Cic. lib. 11. Nam de tuo periculo, credere mihi, jactatione verborum, & denuntiatione periculi sperare eos te perterrefacto, adolescentem impulso, posse magna consequi præmia, & totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quamplurimum lucri faciant. Cantilena rhetorica, Gell. c. 19. lib. 10. ¶ Cantilenam eadem canis, τὸ οὐρός ἀδεις ὁ ω. De eo qui molestus est sibi eadem inculcans: nihil enim odiosius, quam quod semper idem est. Dorio in Phormione Terent.

Cantilenosus, cantans. Sidon.

Cānticum, propriè est elegans & lascivus cantus. { יְשֵׁשָׁהָר, פְּלִיאָה. ANGL. A balade, the dittie or mater of a songe. } Quintilianus cap. 14. lib. 1. & cap. 17. lib. 1. Sit poëta lectio cum suavitate quadam gravis, & non quidem prosæ similis (quia carmen est, & per se poëtae cancre testantur) non tamen in canticum dissoluta. Idem, Hæc cantici quiddam habent. Item, Cantico desaltato abiit: id est, fabula & tragœdia. Sueton. in Calig. cap. 54.

Cāntor, & Cantrix, verbalia, qui, vel quæ canit. { יְשֵׁשָׁהָר, פְּלִיאָה. GALL. Chantre. ITAL. Cantore. GERM. Ein singer / oder singet. HISp. Cantor. ANGL. Vvhiche singeth. } Plaut. in Trin. Cantrices, cistellatrices, nuntii, raptores pani & peni. Varro lib. 3. c. 5. Aves cantrices. Cic. 1. de Orat. Ita & tibi Jureconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus præco actionum, cantor formularum, auceps syllabatum. Mentiuntur multa cantores, πονητές φάλαρις ἄνθροι. In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quod cantores hoc modo spectantes ut delectent ac placeant, pleraque canunt in laudem auditorum falsa. Arist. lib. 1. Metaph. Cantores probos, i. convitatores. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.

Cāntus, us, à Cano, Cantio, symphonia, vocis inflexio. { טרדר זמירָה, פְּלִיאָה, צמראַה. Chant, chanterie. ITAL. Canzone. GERM. Ein gesang. HISp. Cancion. ANGL. A songe, singing. } Virg. 8. Aeneid.

Tum salis ad cantus incensa altaria circum
Populeis adsunt evincti tempora ramis.

Cic. de Orat. 2. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inveniri potest? ¶ Cantus etiam pro incantatione, seu magicis carminibus accipitur. { ANGL. A charme, inchauntment. } Tibull.

nempe hac eadem se dixit amores

Cantibus, aut herbis solvere posse meos.

Idem lib. 4.

apta vel herbis,

Aptaque vel cantu veteres mutare figuræ.

Cānto, as, frequentativum à Cano. { יְשֵׁשָׁהָר, יְשֵׁשָׁהָר, פְּלִיאָה, זימרָה. GALL. Chanter. ITAL. Cantare. GERM. Singen/ eins singen. HISp. Cantar. ANGL. To sin. e. } Plin. lib. 11. cap. 26. Mares cantant in utroque genere. Terent. in Eunuch. Cantatum provocamus Pamphilam. Plaut. in Epid. Conducta veni, ut cantarem fidiibus seni. ¶ Item Cantate, pro incantate. { ANGL. To charme, to enchaunt. } Virg. in Pharmaceutria.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Ubi Servius, Cantando, dum incantatur. Nam gerundius modus ab omni verbo similiter procteatur: unde modò cantando à passivo ait, quum suprà ab activo dixerit, Cantando tu illum. Corvus cantat ab lava manu. Plaut. Aul. sc. 3. a. 4. Si legis cantas. Quintil. cap. 14. lib. 1. ¶ Cantare iterum pro celebatre, tollere laudibus, ἐπειδή. Cic. ad Attic. Nam, ut scis, jam pridem istum canto Cæsarem ¶ Cantare alicui aliiquid, pro Sæpius dicere, admonere, inculcare. Plaut. Trinum. Hæc dies noctesque tibi cantœ, ut caveas. Terent. Qui hæcum mores cantabat mihi. Ab hoc verbo fiunt Cantatio, κατὰ. ¶ Composita sunt Accanto, Excanto, Incanto, & Recanto.

Cantabundus. Gell. cap. 13. lib. 9.

Cantamen, incantatio.

Cāntilo, as, frequentativum à Canto frequentativo formatum. { τριχλία, τριχλία. GALL. Chanter souvent. ITAL. Gantare spesso. GERM. Oft singen/ ohn vñderlässlich singen. HISp. Cantar muchas veces.

ANGL. To singe often. } Terent. Adelph. Facturum credo, ut habebas quo cum cantites. Cic. de clar. Orat. Utinam extat illa carmina, quæ multis ecclis ante suam ætatem in epulis esse cantitatæ à singulis convivis, &c.

Cantarius, particip. { κατά. ANGL. Which is songe, praised. } Statius 1. Sylv.

Asteris & Battis totam cantata per urbem.

Cantator, qui consuevit canere. { יְשֵׁשָׁהָר, שְׂחָרָר, meschörer. אַסְדָּא, פְּרָנְגָּה. GALL. Chantre. ITAL. Cantore. GERM. Ein singer. HISp. Cantor. ANGL. A singing man. } Mart. lib. 13.

Cantator cygnus funeris ipse sui.

¶ Cantator fidibus, Fidicen, κιναρίδες. Gell. lib. 16. cap. 19. Vetus, inquit, & nobilis Arion cantator fidibus fuit.

Cantrix, Tertulliano, & Cantatrix, { טררָה, שְׂחָרָה, meschörerah. פְּלִיאָה. GALL. Chantere, chanterelle. ITAL. Cantatrice GERM. Ein singerin. HISp. Cantora. ANGL. A singing woman. } Claudian.

Imploret citharas, cantatricesque choreas.

Cantamen, inis, pro incantatione accipitur. { וְנִתְחַשֵּׁב, וְנִתְחַשֵּׁב. GALL. Enchament, enchanterie. ITAL. Incantamento, incanto, incantesimo. GERM. Verzauberung. HISp. Obra de encantar de palabras, enchantacion. ANGL. Inchaunting, witcherie. } Propert.

O utinam magie & nossem cantamina Musa.

¶ Cantus, us, actus canendi: & ipsum quod canitur. ||

Cannobus, & cannobitæ, vide Canopus.

Canocersea, Helice apud Diosc. lib. 4. cap. 41.

Canon κανών, Tributum erat frumentarium, quod Ägyptus, Africa, & Sicilia populo Romano quotannis pendebant. Alconius Pædianus tria facit tributorum genera, Canonem, ut in portoriis & vestigalibus: Oblationem, ut in vini distractione: & Indictionem, quæ & Collatio, & collecta dicitur à Cic. lib. 1. de Orat.

Cānon, is, Latinè regula. { קָו קָו, מִשְׁכָּה mischál. κανών. GALL. Rule. ITAL. Regula. GERM. Ein regel/ ein richischeys. HISp. Regla. ANGL. A rule. } Cic. ad Tyr. Sed heus tu, qui κανών esse meorum scriptorum soles, unde illud tam ἄνυπος, valetudini fideliter inserviendo? Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam. ¶ Canona etiam lorum scuti, in quod brachium immittitur.

¶ Canonicae, Communicatoria, Formatae, Formales epistolæ, quæ etiam certa formulæ concipiebantur, quia in legein erant transmutata. Scriban. ||

¶ Canonicon, tributum ordinatum. Canonici, exactores, qui canem & exactiōem exigeant. Buleng. ||

Canonicus, a, um, κανονικός, κανόνις, ad canonem pertinens.

Canor, Canorus, Canorofus, vide Cano.

¶ Canonizo, as, κανονίζω, ad canonem examino, forma tanquam per canonem lacio & approbo. ||

Cānopīcum, Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa, & Minor Afrika Plinio dicitur, oppidum est, codem authore lib. 5. cap. 4. ¶ Est item Canopicum unum ex Nili ostiis Africæ proximum, quo Ägyptus à Libya Mareotica dirimitur. Plin. lib. 5. cap. 10. { GERM. Eine auf den aufgangen des flus Nili. }

Cānopītanum, oppidum liberum Zeugitanæ regionis, sive Africæ minoris. Plin. lib. 5. cap. 4.

Cānopūs, κανωνικός. Suidæ, ciuitas Ägypti, distans ab Alexandria CXX. stadiis, ex qua ortum ferunt Cladianum poëtam: dicta quasi Canobus, à Canobo Amyclao Menelai navis gubernatore, ibi sepulto. Nam devicta Troia in Ägyptum vi ventorum delatus cum Helena, gubernatore iactu serpentis, quem Hæmorrhoida vocant, amisit, in ejusque memoriam urbem condidit, relictis ibi iis, qui ad navigandum iniutes erant. Hæc salubris aëris benignitate homines allicit. Juven. Satyr. 15.

Sed luxuria quantum ipse notavi,

Barbara famoso non cedit turba Canopo.

Virg. 4. Georg.

Nam qua Pellagens fortunata Canopi

Accolit effuso stagnante flumine Nilum.

Vulgò Damietta. Canopi luxuria, Senec. epist. 52. ¶ Est ibi Nil ostium, quod Canopicum, κανωνικός στόμα vocant: cuius meminit Strab. lib. ult. Plin. lib. 5. cap. 10. Pompon. lib. 1. Ammianus lib. 22. Sunt exemplaria quædam in quibus Canobum & Canobitas legitimi. ¶ Est præterea Canopus syderis nomen, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 22. in descriptione Taprobanae insulæ.

Cānobitæ, qui Canopum habitant.

Cānopīcus, a, um, possessivum à Canopo. Varro, Nobis Sarpedæ videatur, quum simus Canopici.

¶ Canstrisius, curator peruviorum instrumenti; & vestiarii Patriarchæ. Item Palatinus fuit. Buleng. ||

Cānta, pro cantata veteres usi sunt. Festus.

Cāntabri. { κανταρεῖς, vulgò, Vizcaya, y Guipuzova. } Hispania Tarraconensis populi sunt, Asturibus finitimi: à vocabulo Urbis, & Iberi annis, cui infidunt, appellati, à quibus proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Hi efferuntur, & nullam vitam sine armis esse existimant. Silius Ital. lib. 3.

Cantaber ante omnes hyemisque, astusque, famisque

Invičus.

Ex mox,

Nec vitam sine Marte pati: quippe omnis in armis

Lucis causa sita est, damnatum vivere paci.

¶ Cantabrorum regio Cantabria, κανταρεῖα dicitur. Memoria proditum est, Cantabros solitos canere pæna lætitiae suffixos cruci ab hostibus. vide Isidor. lib. 9. cap. 2.

Cāntabriūs, a, um: ut Cantabria gens.

Cāntabriūs, a, um: ut Cantabricum bellum, & Cantabrica herba: de qua Plin. lib. 25. cap. 8.

¶ Cantabrum, purgamentum farinæ, cibus caninus, stabulum.

Cantabrii, qui cantabrum gestabant. Gl. A. L.

Cantabulum, stabulum. Glost. ver. Suprà habuimus Cantabulum, pro stabulo: An forte est Canum stabulum?

Cantacium,

Cantacium, scrinium, L. gr. b. ||
 Cantarus, καντάρος, urbs Cretæ, Stephano.
 Cantarus, Poëta comicus Atheniensis, cuius feruntur fabulæ nonnullæ politæ à Suida.
 Cantarus, vide *Cantharus*.
 Cantes, pluralis numeri tantum, & feminini generis. Fistulæ sunt organorum.
 Cantator, Cantatrix, Cantatio, vide *Cano*.
 Cantharis, gemma species, quæ scarabæorum effigiem habet: quippe Græci κανθάρος vocant scarabæos. Plin. lib. 27. cap. 11.
 Cantharis, cantharidis. { κανθάρις. GALL. Cantharide, ver ou mouthe verte & venimeuse. ITAL. Cantarella verde & lucida come oro, che si pase suoi rovistici. GERM. Ein baumwurm/ grün und goldgärb. HISP. Abadejo, animal pequeno ponçoso. ANGL. A green worme venimeuse and shynning likgold. } Mulca viridis, auri colore superlucens, in summitate ramorum fraxini & olivæ nascens. Cantharides inter venena numerantur, & vi cauicta corpori admotæ vesiculas excitant. Ovid.
Cantharidum succos, dante parente, bibat.
 Plin. lib. 29. cap. 4. In cantharidibus magna quaestio: quoniam ipsæ venena sunt potæ, vesicæ cum cruciatu præcipuo. Cic. ad Pærum lib. 9. Caius accusante L. Crasso cantharidas sumplisse dicitur. Cantharidum purgatarum (nam certæ partes, ut caput, eximuntur, ut docet Dioscorides) meminit Celsus lib. 5. c. de papulis. ¶ Cantharis etiam à quibusdam appellatur herba, quæ κανθάρος Dioscor. Latinis Fumaria, & Officinis Fumus terra dicitur.
 Cantharolethros, κανθαρολέθρος, locus Thracie exiguus, à canthari exitio dictus, quod ibi ex omni animalium genere solus necetur cantharus.
 Cantharus, κανθάρος, Poculum quod Baccho tribuitur, sicut Scyphus Herculi: à cantharo, navigii genere. { ANGL. A jugor great pot to drinke in. } Datur cantharus, bibi. Plaut. sc. 1. a. 5. Cantharo multum date. Item Asin. sc. 2. a. 5. Melior bellator cantharo. Idem Men. sc. 2. a. 1. & Pseud. sc. 4. a. 4. & sc. 1. a. 5. & Mostell. sc. 4. a. 1. Plin. lib. 33. cap. 11. C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse, Liberi patris exemplo traditur. Virg. Eclog. 6.
Et gravis attrita pendebat cantharus anfa.
 Nonius cap. 1. 5.
 Ulpianus scribit Cantharus esse, per quos aquæ saliunt. ¶ Et Cantharus piscis nomen est apud Plin. lib. 32. c. 11; Colum. lib. 8: Nam & halecula modò capta, & cantharus, exiguusque gobio. ¶ Ovidius;
*Cantharus ingratus succo, tum concolor illi
Orpheus, &c.*
 ¶ Est item Cantharus Græcis, quem Latini Scarabæum vocant, ex genere insectorum, qui circa animalium figuram ferè versatur, pilulas ex eo conficiens, aversisque pedibus volutans. De hoc multa Plia. lib. 11. cap. 28. & Aristophanes in *Cantharo*. Vide Cælium lib. 8. cap. 5. ¶ Αἰγαῖος cantharus, Αἴγαιος κανθάρος, de magnis & fœdis. Ar stroph. ¶ Cantharus pilulam. Adagium est in eos qui castigati sapientis, nihil proficiunt: sed quod pertinaciter semel attipuerunt, pertinacijs fovent. Quod enim est animali ingenitum, nulla proutum arte viceris. Ductum adagium à pilularum, id est orbicularium sterorum illa volutatione, quæ est cantharis admodum familiaris. Cælius lib. 8. cap. 5. ¶ Est item Cautharus, caeleste signum in Aquario, ex tribus constans stellis. ¶ Cantharus item Comicus Atheniensis fuit, cuius scripta memorantur à Suida.
 Canthele, κανθήλη, urbs Libophaenicum. Steph.
 Canthelia, κανθηλία, urbs juxta Carthaginem.
 Canthelius, genus est vasis. L. gr. b.
 Cantherius, ut author est Varro, mons in Sabinis.
 Canthérium, κανθέριον, vehiculi genus, de quo Senec. epist. 87. M. Cato Censorius cantherio vehebatur Æthiopico.
 CANTHERIUS, { κανθέριον. GALL. Chantier ou chevron. ITAL. Canhiero. GERM. Ein gehel der räben. HISP. Percha de la parra. ANGL. A rayle or barre, a king of instrument in a vinearde. } Genus jugi in vinaria, de quo Colum. lib. 4. cap. 12. Itaque aut veteres, ne novæ radicem agane, arundines binas singulis vitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia, quibus annexuntur singulæ transversæ perticæ in inain partem ortainis: quod genus jugi Cantherium vocant rustici. ¶ Cantherius equus, { ιππότηρις, ιπελεύς. GALL. Cheval chassé, hongre. ITAL. Cavallo castrato. GERM. Ein roß dem verschritten ist ein münch. HISP. Caballo castrado. ANGL. A geldin, or gelded horse. } Cui testes amputati sunt, ut fiat mansuetior. Festus verb. Cantherius: ubi ait hoc distare ab equo, quod majalis à verre, caput à gallo, verrex ab ariete: est enim equus cui testiculi amputantur.
 Cantherio vehebatur Cato. Seneca epist. 88. mox caballo. Varr. cap. 7. lib. 2. de R.R. Et id quod semine carent, ij Cantherii appellantur: distat ab equo, sicut caput à gallo. ¶ Cantherii item dicuntur qui subjici solent à fabris materiaris, dum moles arborum secant: vulgus Caballos vocat. ¶ Item Cantherii tigna dicuntur. Vitruv. lib. 5. Et cantherii prominentes ad extreham fugrandinationem. Supra cantherios templi. ¶ Item Cantherius, ut author est Varro, mons est in Sabinis.
 CANTHERIOLUS, diminutivum, pro parvo pedamento. { κανθηλίον, κανθηλίος. ANGL. A little rayle or barre. } Colum. lib. 11. cap. 3. Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quasi cantheriolis interpositis, rigorem stylorum conservato, &c. ¶ Apud eundem Columeliam sunt in cepinis, id est, ceperum locis, munimenta quadam ceperum, ne thalli eorum à ventis prosternantur. Sicut in rapinis etiam cantherii, quum operiuntur rapæ, ut à priuatis semina defendantur. Cælius lib. 8. cap. 4.
 Cantherinus, a, um, adjæct. Plaut. in Men. sc. 4. a. 2. Certè hyc mulier cantherino ritu astans somniat. Solent enim equi somniare, authore Plin. lib. 10. cap. ult. Cantherinum hordeum. Colum. lib. 2. cap. 9. Proximus est his frumenti usus hordei, quod rustici hexasticum,

cant: cuius succus naribus infusus suppressit sanguinem, & cum vi- no potus eicuslibet partis profluviū excreatio elque cruentas in- habet. Geniculatam Latini vocant. Plin. lib. 27. cap. 12. ¶ Vulgo Centinodia. Dicimus hic, herba sancti Innocentii.

Cärinias, *καρκίνης γένη*, gemma est matini cancri colore. Plin. lib. 37. c. 11. Cärinodes, vide *Carcinus*.

Cärinoma, Cancer morbus. *καρκίνης*. GAIL. Chancre, maladie è parties supérieures. ITAL. Cancaro. GERM. Der Krebs, ein kranchheit. HISP. Cancer à zaratan. ANGL. A cancer or disease in the superior parts. } De quo vide Plin. lib. 20. cap. 9. Caton. de re rust. Et si quid in mammis ulceris natum, & carcinoma, brassicam tri- tam apponito, sanum faciet. Celsus tria facit ejus genera: primum Cacoëthes, quum ulcus quidem pressum est, sed quæ circù sunt intumescunt: secundum sine ulcere: tertium quod Thymum vocat. Vide plura in dictione *Cancer*.

Cärinū, Cancer animal & signum cœlestis. { *καρκίνος*. GAIL. Va- cancre, ou escrevice. ITAL. Gambaro, granchio, cancro. GERM. Krebs/ dds thier. HISP. Cangrejo. ANGL. A crabbe or heavenlie signe. } Vide in dictione *Cancer*. Luc. lib. 9.

Pargeminis Chiron, & idem quod *Carcinus ardens*, Humidus Ægoceros,

¶ Est item Carcinus, *καρκίνος*, duorum poëtarum Tragicorum no- men, quorum alter Atheniensis fuit, alter Agrigentinus: quorum scripta enumerat Suidas.

Cärelnodes, neutr. gen. *καρκινῶδης*, vitium, seu morbus cancri naturam imitans, similique modo serpens. Plin. lib. 20. cap. 17. Narium quoque corcinodes consumit illum ex aqua.

Cardaces, apud Persas, appellabantur qui ex rapto vivebant: nam Carda apud eos bellicosum, & violentum significabat. Author Strab. lib. 15.

Cardamine, { *καρδαμίνη*. GAIL. Mente aquatique. ITAL. Balsamita, menta aquatica. GERM. Bathmünze. HISP. Hierba buena del agua. ANGL. Water cresses. } Sisymbrii genus est, quod officinæ Nasturtiū aquaticum vocant. Vide Diosc. lib. 2. c. 117. & Ruell. lib. 2. cap. 60.

Cardamomum, { *καρδαμόμυρος*. ANGL. Graines. } Frutex est amomo simili, odoratus, oblongo serrato & anguloso: metitur eodem mo- do quo amomum. Vide Plin. lib. 12. cap. 13.

Cardamum, { *καρδαμός*. GAIL. Cresson alenois. ITAL. Agreto. GERM. Brunnencress. HISP. Nasturcio, malpica. ANGL. Garden cresses. } A Græcis vocatur herba, in hortis pastura proveniens, quam Latini Na- sturtium hortense vocant. Cardamum autem dictum potatur. *ἄνθης καρδίας*, quod cor foveat, & in syncope illa, quam Cardiacam vocant, plurimum valeat. Alii diversa ratione usi, sic dictum arbitrantur, quod caput edomet, quasi *καρδαμός*. Nam arcem mentis obsidens suo ferit acrimento, & ignea vi prædictum caput tentat. Capitis tame viria purgare creditur, unde ortum est proverbiū, *ἰδού καρδαμός*, hoc est, Ede nasturtium, in eos dici solitum, quibus sanum non est cerebrum.

Cardamyla, *καρδαμέλη*, urbs fuit Peloponnesi, propinquæ Pylo, sub domino Agamemnonis: una eatum quæ reconciliationis ergo Achilli ab Agamemnonis offeruntur apud Homer. lib. 9. Iliad.

Cardamylessus, *καρδαμέλης*, vicus quidam. Steph.

Cardax, *καρδάξ*, Saltatio obscena & Comica, inquit Budæus.

Cardæ, sive Cardinea, Dea apud Romanos, quæ cardinibus præterat, quasi Cardina, vide *Carna*:

Cardæ, Græca dictio, Latinè Cor. { *καρδιά*. GAIL. Cœur. ITAL. Cuore. GERM. Das herz. HISP. Corazon. ANGL. The hart. } Quamquam etiam à priscis medicis, teste Galeno, pro superiori ventriculi orificio ponebatur: quo pacto ipsum etiam Hippocratem aliquando loquutum esse ostendit. Hinc factum est ut Cardiacus motibus dilatus sit, non qui cor, sed ipsum infestet ventriculum: quippe qui fiat ex humoribus mordacibus, & venenatis, in ventriculo conge- stis, nimiisque dolore syncopem afferentibus, quam Cardiacam ap- pellant. Cardiacus, i. Proillo qui cardiaco mōrbo tentatur. *καρδιάς*. Cic. 1. de Divinat. Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribendum sit, nec phreneticis. Juven.

Cardiacus nunquam eyathum missurus amico.

¶ Est & Cardia nomen urbis in Thracia, ad Melanem sinton, à cor- dis similitudine vocata, teste Plin. lib. 4. cap. 11.

Cardiacus, *καρδιάς*, quasi dicas, cordialis. *καρδιάς*, *ἄγριος*, affectio cordis, seu oris ventriculi. Cardiacus, cui os ventriculi dolet, & per consensum quoque cor ipsum offenditur. }

Cardialgia. { *καρδιάς*. ANGL. Sorrows of the harte. } Dolor cordis, & mentis tristitia. Item ventriculi erosio, quæ & *καρδιάς* dicitur. Vide infra.

Cardinea, Dea, quæ & Cardina dicta est: cardinibus præesse dicebatur.

Cardinum, (quod hinc pro nasturio hortensi perperam legebatur) vi- de Cardamum.

Cardiognus, i, { *καρδιάς*. ANGL. Griping of the stomach } Morbus est ventriculi, ortum habens ex humoribus acribus mordacibus, ipsum ventriculi orificium (quod prisci Græci, teste Galeno, etiam *καρδίας* appellarunt) intolerabilis punctione erosionéque infestantibus nonnunquam etiam syncopem inducentibus. Ea enim pars corporis exactissimo tactus sensu est prædicta, propter insigne par nervorum ad eam à cerebro transmissum. Quo sit ut dolores ea in parte sint maximi, quibus quum vires ferendis patet non sint, solet subscui- ea syncope, quam Stomachicam vocant.

Cardiscæ, *καρδιάς*, gemma est, que sit ex draconis cerebito viventis abscisso, alio nomine Dracontias dicta. Plin. lib. 37. cap. 10. Drac- onites, sive draconias è cerebro sit draconum: sed nisi viventibus abscisso nunquam gemmascit, invidia animalis moti se sentientis. Ignitum mos est, ut dormientibus animalibus caput amputent. Encardia cognominatus, & Cardisce.

Cardo, nis, ferramentum, circa quod foret vertantur. { *καρδία*. *καρδία*, *σπόφιγξ*, *σπόφιος*. GAIL. Le gond d'un huis ou porte, le pivot d'une porte, le tenon qui se met en une mortaise. ITAL. Can- ghero. GERM. Der angel an der thür. HISP. El quicio sobre que se buelvela puerta. ANGL. The hinge, hingell or hooke of a gate or dor- rr. } Virg. 6. Æneid.

foribus cardo stridebat abenis.

Plaut. in Amph. Penè effregisti, fatue, foribus cardines. Hasce illico (fores) toto demoliar cardine. Ibid. Quis tam vasto impetu has forces toto convulsit cardine? Ibid. Ne foribus effringantur cardines. Idem Asin. sc. 3. a. 2. Non mutit cardo? est lepidus. Idem Cure. sc. 1. a. 1. Prohibe sonitum forium & strepitum cardinum. Idem Cure. sc. 3. a. 1. Ibid. Manè suffundam aquilam, ne crepent cardines. Hinc apud Romanos fuit dea Cardea, sive Cardinea, quæ cardinibus præterat, quasi Cardina. ¶ Cardines etiam dicuntur duæ cœli partes immobiles, sibi mutuo oppositæ, quarum altera ad Septentrionem, altera ad Austrum: Græci πόλις vocant: unde etiam stella Boreali polo proxima, quæ est in cauda minoris Urse, Polaris stella vocatur: non quod sit polus ipse, sed quod sua circumvolutione circulum minimum efficiat, cuius polus est centrum. Linea autem recta, quam Astronomi ab uno cardine ad alterum imaginantur, propriè Axis appellatur. Sæpè tamen Cosmographi Cardinum nomine quatuor præcipuas cœli regiones intelligent, Ortum, Occiduum, Septentrionem, & Meridiem. Quint. Venti quatuor à totidem mundi cardinibus. Liv. 3. d. 4. Terminus est nunc imperii vestri mons Taurus, & quicquid intra eum cardinem est. ¶ Cardo etiam in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit à Meridiē ad Septentrionem: sicut Decumanus vocatur limes ille, qui secat agrum ab Exortu ad Occiduum, ut inquit Plinius & Columella. ¶ Ponitur interdum Cardo pro opportunitate, ἀνατολή, ηρακλεῖον. Virg. 1. Aeneid.

baud tanto cardine rerum.

Et Servius inde tractum existimat, quod in proverbio dicitur, Res in cardine est: & circa id veri cardinem dicimus, in quo summa rei est. Unde, Cardo litis, id est, summa totius causæ. Quint. lib. 12. cap. 8. Negligentum oratorum nihil refert ubi litium cardo vertatur, dum sint quæ extra causam ex personis ac communi tractu locorum occasionem clamandi largiantur. Budæus. Cardines temporum à Plinio dicuntur Ver, Aëstas, Autumnus, & Hyems, lib. 18. c. 25. Cardo temporum quadripartita distinctione constat, per incrementa lucis. Extremus ævi cardo. Seneca in Troade, Mortalis ævi cardinem extreum premens, id est, exitum. Granius apud Nonium. Sonat impulsa cardo regia. gen. fœm.

¶ Cardo, nis, est herba notiva colonis. Sed cardo, pro carduu, est Italicum. ¶

Cardinatus, a, um, καρδινάτος, ἔφοδος: ut, Tignum cardinatum. Vitr. lib. 10. cap. 22. Conuncta capitibus transversario cardinato tigno, & alto mediano inter duos scapus cardinato.

Cardinalis & Cardineus, adjectiva sunt à cardine deducta, quibus recentiorum nonnulli usi sunt pro præcipuo, seu principali. ¶ Onom. vet. Cardinalis καρδιναλίς. In Ecclesia titulus dignitatis esse cœpit, circiter tempora Gregorii M. Initio creabantur ab Episcopis. Postea legit eos Pontifex ex Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, ut eis tanquam consiliariis in negotiis Ecclesiasticis uteretur: eo loco habiti sunt in Ecclesia post Pontificem, quo Reges in politiis post Imperatorem: Rubro galero insigniti sunt per Innocentium IV. anno circiter 1205. Alter Cardinarii dicuntur: Græcis quoque καρδινάτος, καρδινάτος, & καρδινάτος. Vide Meutissi Gloss. Græcol. ¶ Vide can. fraternitatem 5. dist. 71. & Annot. ibid. & Germon. tract. de indult. Cardin.

Cardopōs, καρδινάτος. GALL. Coffre au pain. ITAL. Cassa dal pane. GERM. Brockenstaben / brotstab. HISP. Caja del pan. ANGL. A cofer or chest for bread. } Significat arcum panarium.

Carduchi, καρδινάτος Steph. Parthorum populi, ad Tigridem flavum: quorum meminit Strab. lib. 16.

¶ Cardudum, membrum fœmine: à Cardo. ¶

Carduelis, καρδινάτος. GALL. Chardonneret, ou chardonnette. ITAL. Cardello, cardellino. GERM. Ein distelsinck / ein distelsgogel. HISP. Sirguerito ave. ANGL. A finche birde, or linnet. } Avis parva, capite rubro, alis luteis, albo nigroque distinctis: dicta quod carduerum fœmine pascatur. Plin. lib. 10. cap. 42. Minimæ avium carduelcs imperata faciunt: nec voce tantum, sed pedibus, & ore pro manibus.

Carduūs, herba vulgo nota, à qua Carduelis appellata: { γέρανος dardar. καρδινάτος. GALL. Chardon. ITAL. Cardo. GERM. Ein jede distel. HISP. El cardo generalmente dicho. ANGL. A thistle. } Virg. 1. Georg.

— signisque horreret in arvis

Carduus.

Carduus fullonum, apud Samonicum cap. de podagra.

Care, vide Carys.

Carecum, vide Carex:

Cardytus, καρδύτης, urbs magna Syrorum. Steph.

Carenæ nomen est ab Quadragesima ortum, tanquam quarentena, & inde carena, quo nomine spatium quadragesinta dierum intelligitur. Sunt qui Carenam dicunt, quasi carentenam: & deducunt à verbo Careo, propter carentiam quorundam ciborum, seu abstinentiam. ¶ Vide Carentia infra. ¶

Carene, καρπίνη, urbs Myssæ. Steph.

¶ Carenum est vini dulcis genus. Scribitur & Carenum, quod esset, quasi καρπίνη, εἰν. ¶

Carenenses, Hispaniæ Tarragonensis populi sunt, Complutensibus vicini. Plin. lib. 3. c. 3.

Carentani, Italizæ populi sunt, in quarta regione à Plin. lib. 3. cap. 12. locati prope Ferentanos.

Careo, es, carui, & cassus sum, & caritum, & cassum, secundum Priscianum, est rem desideratam non habere: & propriè de eo dicitur, teste Cicerone, quod aliquando habuimus, & quo nunc indigemus.

{ γέρανος έχεστερ. καρδύτης. GALL. Avoir faute de ce qu'on voudroit bien avoir. ITAL. Mancare, essere senza. GERM. Manglen. HISP. Carecer. ANGL. To lack that which we wold have, to want. } Ita enim ait Tusc. lib. 1. Triste est nomen ipsum Carendi, quia subiicitur hæc vis: Habuit quis, non habet, desiderat, requirit, indiget. Et mox:

Carete igitur hoc significar, egere eo quod habere velis: inest enim

velle in caretendo, nisi cum sic tanquam in febri dicitur, alia quadam notione verbi: Dicitur enim alio modo etiam carere, quum aliquid non habeas, & non habere te sentias, etiamsi id facile patiatur. Hactenus Cicero. Ex quo patet, Carere non modò de iis rebus dici, quæ ad nostrum usum naturamque accommodata sint, sed etiam de aliis: ut, Carere febri, Carere dolore, Carere molestia, & his similia. Caruitne febris te hodie? Plaut. Cure. sc. 1. a. 1. Acerbum funus filia faciet, si te carendum est (Amante.) Idem fin. sc. 3. a. 3. Haud molestem quod collus collaria caret. Idem Capt. sc. 2. a. 2. Construitur autem hoc verbum aliquando cum genitivo. Terent. in Heautont. Nam dum abs te abssum, omnes mihi labores fuere. Quos cepi, leveſ, præterquam tui carendum quod erat. arendum tui est. Gellius cap. 7. lib. 19. ¶ Aliquando cum accusativo. Plaut. in Cœcul. Sed quid est, quod habet perditum dicere te? PH. Quia id, quod amo, careo. ¶ Sexpius vero cum ablativo: ut, Quod caret alterna requie, durabile non est. Ovid. Carere domo, patria. Cicero pro Milone. Comprehensus est in templō Castoris servus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompei interficiendum collocarat: extorta est confiteni sica de manibus: caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico: id est, in forum non venit, in Senatu non fuit, in publico non versatus est. Idem de fin. lib. 1. Itaque non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem & voluptatem; illud enim ipsum quod quibusdam medium videtur, cum omni dolore caret, non modò voluptatem esse, verum etiam sumimam voluptatem. Et epist. fam. lib. 6. Egypta ad me venit pridie idus Aprilis: is etsi mihi nuntiavit te plane febri carere, & bellè habere, tamen quod negavit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit. Quod autem Plaut. in Cure, dixit, Caruit febris te heri, vel nudiustertius: hypallage quædam est, & præpostera omnino loquac. Carere lumen, pro lamine. ¶ Aliquando ponitur pro abesse. Cic. ad Attic. lib. 9. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi. Carere lanam, i. purgare. Gallicè, Carder la laine, interposito d, ut ex Plaut. in Mech. advertit Laurembergius, verb. Carere.

Caret, à cardine notatur. Gloss. A. L. ¶

Cares, pro statuarii nomine, vide Chares.

Cares, numero plurali, καρεῖς, populi Cariæ, qui sub Minoë Leleges dicebantur, & insulas habitabant. Postea Asia minoris partem meridionalem occupaverunt, quæ Rhodum spectat, ab eaque Cares appellati sunt. Ea enim regio Caria dicebatur, à Cara ejus otæ rege. Despectissimam olim fuisse hanc nationem clatissimè ostendit Cic. in Ora, oro L. Flacco: Vestra, inquit, Asia, ut opinor, constat ex Phrygia, Myssia, Caria, Lydia. Utrum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus proverbium, Phrygem plagi fieri solere meliore? Quid de tota Caria, nonne hoc vestra voce vulgatum est, Si quid tamen periculò experiri velis, in Caria id potissimum esse faciendum? ¶ Hujus itaque populi mores proverbialis aliquot fecere locum: ut, Cum Cara carizas, καρεῖς καρεῖς: hoc est, rusticè agis cum rusticè, barbarè loqueris cum barbaro, crassè cum crasso. ¶ In Cara periculum, καρεῖς τούτων, subaudi facito. Hoc est, in homine, aut reviliore fac periculosam experientiam, in qua, si parum felicitet cœserit, non multum sit dispendii faciendum.

Caricus, a, um, ad Cares pertinens.

Carla, καρέ, vulgo Lango, regio minoris Asiae inter Lyciam & Ioniā. Strabo Cariam à Borea Maeandro flumine clausit: ab Occidente Icario, & Myrtoo pelago: à meridie Rhodiensi: ab ortu Lyciis, & aliis gentibus, magnamque Tauri montis partem in Caria conclusit, omnem Rhodiam ei attribuens, quæ Meridionalis est. Dicta Caria à Cara rege, qui primus auguria avium dicitur invenisse. Hujus populi Cares, καρεῖς, dicti, de quibus vide supra. Multitudo Imperatorum Cariam perdidit, πονοὶ παρηγια ναγινος ανθειας: Multi duces desperidere Cariam. Admonet Scenarius, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dum nulli paretur, sed pro sua quisque libidine rem gerit. Parasitum in Cariam misi (Epidauro.) Plaut. Cure. sc. 1. a. 1. & sc. 3. a. 1. Misit Cariam, & sc. 1. a. 2. Non redit Cariam.

Caricum, frutex peregrinus, gentis suæ nomine appellatus, culinis principalis: laudatissimus ex sua gente, id est, Caria: ut Plin. lib. 19. c. 8. testatur. Non igitur legendum Caricum; à caris, ut Alciat. putat, neque Carinon, neque Cærum.

Caricūs, a, um, καρεῖς, quod est ex Caria: ut Carica charta. Stat. 4. Syl. Chartæ Charicæve Thebaicæ. ¶ Caricūs hircus, καρεῖς ταρεῖς. Diogenianus indicat dictatum de vilibus & contemptis. Plato καρεῖς ανθειας, Caricum homuncionem, dixit pro vili nihilique. ¶ Sic More Carico, καρεῖς καρεῖς, fieri dicebatur quod soldidè incompositæ siebat, præsertim in rebus obsecenis. ¶ Carica musa, καρεῖς μυσα. De lugubri, aut rusticâ, atque indocta, seu molesta cantione dici solitum. Quadrabit in poëtam, aut oratorem indoctum. ¶ Caricum sepulchrum, καρεῖς ταρεῖς, de re magnifica sumptuosaque. Sumptum à Mausoli sepulchro, quod est apud Caras.

Caresus, καρεῖς, fluvius est Troadis, Hom. 12. Ilia. ad. celebratus: cuius Plinius ait nulla sua ætate extitisse vestigia, lib. 5. c. 30.

Caretha, insula est in mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est. Author Plin. lib. 5. c. 30.

Careum, sive Carium, Plinio, καρεῖς Dioscoridi: Herba genus est, gentis suæ cognomento ita appellatum, semen habens ejusdem nominis. Athenaeus Pastinacum majorem interpretatur, vulgata pastinaca multo præstantiore. Officinae Carvi appellant. Vide Ruell. lib. 3. cap. 43.

Carex, fœm. gen. Herba acuta & durissima, similis sparto, uliginosis & palustribus locis plurima nascentis. { γέρανος ἄγχη, πονοὶ σφῆρας. ANGL. Sages or shere grasse. } Virg. 4. Georg.

— & carice pastus acuta.

Col. lib. 11. cap. 2. Felix quoque, aut carex ubiunque nascitur, At- gusto mense rectè extirpatur: melius tamen circa Idus iul. ante carniculæ exortum.

Careta, i. locus caricibus plenus. { γέρανος ἄγχη, πονοὶ σφῆρας. ANGL. A place where segges does grow. } Virg. 3. Eclog.

tu post caret a latebas.

Col. lib. 6. c. 12. Melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis, quam lapidosis locis durantur ungule. Cárīca, gēnū sīci, à lōcō sic dīctū. Plin. lib. 13. c. 5. Syria p̄tēr hanc peculiares habet arbores, &c. In sīcorū genere, caricas, & minores ejus gene rīs, quā cōttana vocant. Cic. 2. de Divin. Quum M. Crassus exercitū Brundusii imponeret, quidam in portā caricas Cauno advectas pendens, Caueas clāmitabat.

Cárīco, as. Onero, ȝaqūwī, ȝoȝtī. Hieronymus, Origenes majora cogitans, propriumque ingenium ferre non sufficiens, oneribus majoribus cariebat se: & quum sic incēdere non posset, ruina magna devolutus est.

Caricon, ȝaqūwī, locus est in Memphide, à reliquis separatus; in quo Careē habitarunt, qui affinitate cum Memphitis contracta, Cárīmēphītē appellati sunt. Author Steph.

Cárīes, iei. Putrilago ex vetustate. { כְּרָבָּהּ rakkābōn. ȝ. ȝ. GALL. Pourriture de bois & vermolissure, moisiſſure. ITAL. Tarlo. GERM. Schimmel und feile so von der dite eines dings kompt. HISP. Carcoma de madera, ó de oīra cosa. ANGL. Rootenſſe of wood by long continuance, wormeating. } Lucil. lib. 4.

Ne auriculam obſidat caries, ne vermiculique.

Aufon.

I, tineas, cariemque pati te charta necesse est.

Propriē autem Cariēs in lignis dicitur, quum à vermiculo, qui à Græcis ȝ. dicitur, eroduntur. Colum. lib. 12. Omnis materia in ædificia succidi debet luna decrescente, ab vigesima usque ad trigesimam, quæ sic cœla judicatur carie non infestari. Plinius, Cedri oleo peruncta materies, nec tineam, nec cariem sentit. Idem lib. 2. Celeriter ea cariem sentit.

Cárīosūs, a, um, quid est carie plenum. { כְּרָבָּהּ rokēb. ȝ. ȝ. GALL. Fort vermolli, pourri & corrompu. ITAL. Roduto, corroto da tarli. GERM. Schimel. chig / wurmstichig. HISP. Cosa carcomida de carcoma. ANGL. Full of rootenſſe, wormeaten. } Colum. lib. 4. Alia suumovenda, quæ vel cariola, vel justo breviōta sunt. Ovid. i. amore.

*Quid precēr iratus, nīs vox cariosa senectis
Rodat.*

Col. lib. 2. c. 4. Quidam terram rustici variam, cariosamque appellant. Vide Carton. cap. 34. & Plin. lib. 17. c. 5.

Cárīllæ, arum, Picentum oppidum fuit, ab Annibale secundo bello Punico deletum. Meminit hujus oppidi Silius lib. 8.

exhausta mox Pœno Marte Carille.

Cárīnī, a, Pars navis est, quam alvum, aut ventrem vocat, hoc est, ipsa navis concavitas. { τέρνης, στέργη. GALL. Le fond du navire, la carine. ITAL. Il fondo della nave. GERM. Der boden oder banch des schiffs. HISP. Carena, el fondo de la nave. ANGL. The kele or botome of a ship. } Est & infima trabs, cui inædificatur navis, quæque illi est pro fundamento. Ovid. 14. Metam.

mediisque carina

Subditā navigiuſ, ſpīne mutatur in uſum.

Idem lib. 2. de Pont.

Dum mea puppis erat validâ fundata carinâ.

Cæſar 1. bell. civ. Carina pīmū ac statumina ex levi materia fiebant: reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integrabatur. Poëtæ ȝ. ȝ. Catinam accipiunt pro tota navi. Virg. 1. Georg.

quum jam portum terigere carina.

Idem 4. Æneid.

Huc eurusum Iliacas vento tenuisse carinas.

Cárīnārē, est in modum carinæ formare. { τέρνης δίκλον ἀγαθήν, κύλιον. GALL. Former en maniere de fond de navire, taver. ITAL. Fabricare à foggia di fondo di nave. GERM. In ein gestalt eines schiffbedens machen. HISP. Dar caréna al lado de la nave. ANGL. To mak holow or lik the kele of a ship. } Plin. lib. 9. c. 33. Saliunt pectines & extrā volitant, seque & ipsi carinant: id est, sua sibi concha instrumentum porrigit ad navigandum, & cœu carinam quandam ex testa effingunt. ¶ Aliquando Carinare, est probra objicere, quid qui se rauuis probris insectantur, sint infimæ fortis homines, sicut & carina navis pars est infima. Festus. Obsoletum.

Carinarii, Flaut. Anl. sc. 5. a. 3. Flammeatii, Violarii, Carinarii (i. infectores aerei coloris.)

Cárīnātūs, a, um, adjективum est à carina deductum. Concavus, & in carinæ modum incurvatus. { κυρώδεις, κεργίλαμψ. ȝ. ȝ. GALL. Cave, & fait en façōn de fond de navire. ITAL. Fatto come un fondo di nave. GERM. Gebogen wie ein schiffoden. HISP. Hecho à guisa de fondo de nave. ANGL. Holowlik the botome a shipe. } Plin. lib. 11. c. 37. Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum. Idem lib. 9. c. 30. Concham esse acatii modo carinatum.

Cárīnātūm, significat ad similitudinem carinæ.

Cárīnæ, arum, nomen vici Rōmāni ad pedem clivi Capitolini, in quo fuit domus Pompeii. Virg. 8. Æneid.

passimque armenta videbant

Romanoque foto, & lauitis mugire Carinis.

Vattro Carinas dici putat, ab eo quid hinc orietur caput sacrae viæ: nō ē Latine caput dicitur.

Carini, Germaniæ populi. Plin. lib. 4. cap. 14. forsitan Ducatus hodie Virtembergensis.

Carioſus, vide *Caries*.

¶ Cariota, vide *Caryota*. ¶

Carioſuelix, Galliæ Lugdunensis populi sunt apud Plin. lib. 4. cap. 18. Caris, olim vocabatur Cos insula, ȝ. ȝ. Steph.

Carifa, cognomine Aurelia, civitas est Hispaniæ ad Bætim fluvium, in Gaditano conventu. Plin. lib. 3. cap. 1.

Carissam dixerunt antiqui vaſium, litigiosum, fallacem: & Carissa apud Lucilium vaſram significat. Festus.

Caritas, vide *Carus*.

Carius, ȝ. ȝ., nō men filii Iovis & Torrhæbæz, qui Torrhæbiam lacum

oberians, Nympharum caatum dicitur audivisse, ab eis musicam dicisse, eamque apud Lydios propagasse. Quapropter divinos honores apud suos meruit, templo illi magnifice exstructo in monte, qui & ipse Carius à nomine ejus appellatus est. Author Steph.

Carmace, Asix populi circa Mæotin. Author Plin. lib. 6. c. 7.

Carmania, ȝ. ȝ., vulgo Narsinga, Regio est Indis contermina, quam duplīcē Ptolemæus esse tradit: cultam alteram, alteram desertam. Hujus regionis incole Carmani dicuntur, Ichthiophagi cognominati, quid solis pisces vescantur, quorum etiam coris vestiuntur. Pomp. lib. 3. Carmani sine veste & fruge, sine pecore, ac sedibus, pisces cute se velant, carne vescuntur, præter capita toto corpore hirsuti.

Carmēlū, unico 1, { נִלְתָּן charmēl. ȝ. ȝ. ȝ. Duorum montium nomen, teste Hier. quorum alter est in Galilæa, ad Australem plagam, in quo habitavit Nabal Carmēlū maritus Abigail: alter in Phœnicia juxta l' tolemaidem mari imminens, in quo Elias propheta flexis genibus pluviam impetravit. Posterioris hujus meminit & Plin. lib. 5. c. 19. Promontorium, inquit, Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine, quondam Echata dictum.

Carmēn, quasi canimen, à canendo dici potest quicquid est metrice scriptum. { θῶνδη mischmōr, ρ̄sch schir. ȝ. ȝ. ȝ. GALL. Chanson, vers, ritme, poësie. ITAL. Verso. GERM. Ein gesang/ oder gedicht. HISP. El cantar, cancion, verso. ANGL. Verso, poësie. } Unde Virg. 3. Æneid. versum unum cārmen dixit,

& rem carmine signo,

Æneas hac de Danais victoribus armæ.

Et duos similiter in Daphnide,

tumulo superaddite carmen:

Daphnis ego in sylvis, &c.

Tota insuper Æneis, heroicum carmen dicitur: item Eclogæ universæ, carmen bucolicum. ¶ Quandoque carmen dicitur incantatio, { εἰνδῆ. ANGL. A charm. } ut,

Carmina de exō possunt deducere Lunam.

¶ Carmen pro vaticinio. Virg. Eelog. 4.

Vltima Cumæi venit iam carminis ètas.

Et pro cantu bubonis avis. Virgil. 4. Æneid.

solaque culminibus ferali carmine bulo

Sape queri.

Exorant magnos carmina sape Deos;

Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Dum ferit Ausonia carmina culta lyra;

Idem Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Tristis quo possum carmine fata levo,

Idem ibid. Dicebant etiāt carmina apud veteres, formulæ q̄tādam conceptis verbis & solemnibus compōsita. Unde Jurisconsulti illi vetustissimi dicuntur habuisse carmina quādam excitatā, à quibus non licebat recedere. Cic. pro Muranā, Prætor p̄tērē, ne pulchrū se ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loquere tur, ei quoque carmen compōsitum est, cū cœteris rebus absurdum, tum verò nullo usu, &c. Istam viam dico, imit viam, &c. ¶ Erant & Salii sua carmina, quæ Salaria vocabant, Marti peculiariter dedicata. Habebant & faciales suum quoddam carmen ad res reperandas, & bellum destinatum. ¶ Habebant patres patrati sua carmina, quibus ad ferienda foedera utebantur, quōrum formulam depingit Liv. lib. 1. ab Urbe condita. ¶ Erat aliud carminis genus in urbium obsidionibus solempne, quo dīi tutelares, ne cum illis quoque bellum suscepimus videretur, solent evocari. Hoc, teste Macrobio, ferè his verbis constabat. Si deus, si dea est, cui populus civitasque Carthaginensis est in tutela, teque maximè qui hujus urbis populique tutelam suscepisti, precor, venerorque: veniamque à vobis pero, ut vos populū civitatemque Carthaginensem deseratis: loca sacra, templū, urbemque eorum relinquatis, absque iis abeatis, eique populo & civitati metum, formidinem, obliyonem injiciatis, prodiisque Romam ad me, meisque veniatis: nostraque vobis loca sacra, urbs acceptior probatiorque sit s mihi quoque populoque Romano, militibusque meis p̄positi sitis, ut sciamus, intelligamusque. Si ita feceritis, vobis vobis tempora deosque facturum. Erat & aliud carminis genus, quo holtium exercitus solent devoveri, cujus formam Macrob. trādit Satyr. lib. 3. cap. 9.

Carmenta, ȝ. ȝ., & Carmentis, Evandri mater: ita cognominata à carminibus, quibus dabat responsa (erat enim fatidica mulier) quum propriē Nicostrata vocaretur. ¶ Hinc Carmentalis porta, quæ postea Scelerata dicta est, quid per eam sex & trecenti Fabii cum clientium quinque millibus egressi, adversus Hetruscos ad amnem Cremasam, omnes interfecti sunt. Virg. 8. Æneid.

Et carmentalem Romano nomine portam.

Ovid. 2. Fast.

Carmentis porta dextro est viā proxima Iapo,

ire per hanc noli, quisquis es, omen habes.

Illa fama refert Fabios exisse trecentos:

Porta vacat culpā, sed tamen omen habet.

¶ Carmenta, pro carmino: id vide. ¶

Carmina, ȝ. ȝ., insula Indiæ, insulares Carmini & Carminei. Steph. Carmīno, as, arc, est versus scribere, & cantilenam pangere, hoc enim usu est Patribus. ¶ Est item pectere, & lanas ab immunditiis purgare, { שַׁלֵּג ghalaſch, שַׁרְמָרָת marat, קַרְמָאָק. ȝ. ȝ. ȝ. GALL. Carder ou peigner la laine. ITAL. Pettinare, carminare. GERM. Die wollen streichen/ oder seuberen. HISP. Carmenar o cardar lana. ANGL. To carde woll. } Plin. lib. 9. cap. 1. Iustum est è quinquagénis fascium libris quinas denas carminari. Idem lib. 9. cap. 38. Quinis lana potat horis, rursusque mergitur carminata, donec omnem ebbit sanie. Vide *Caro, is, ere*.

Carmīnatio, verbale, { καρνισμός, ȝ. ȝ. ANGL. Carding of wool. } Plin. lib. 11. cap. 23. Hanc ab his quoque cogi, subiecte unguis carminatione, mox trahi inter ramos tenuari cœ pectine.

Carmīnatores, { GALL. Cardeurs, ANGL. Which cardeth woll. } Carmōn,

Cēmōn, κέμων, est locus in Messenīa, & templū Apollinis in Laco-nia, & in Achaia flumen, & mons in Peloponneso.

Cārnā, κάρνα, sive Carninea, Dea quæ vitalibus humanis, seu cardini-bus præesse existimabatur. Ovid.lib.6.Fast.

Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hac est.

Hæc striges nocturnas puerorum (ut dicebant) cunas infestantes, à limine summovebat.

Carnana, καρνανα, urbs Minæorum, & populi juxta mare rubrum: ci-ves Carnanatæ. Sunius Carnaniam & Carnanitem (gentilia nimirum) usurpat. Steph.

Carnapæ, populi sunt circa Mœtim. Plin.lib.6.c.7.

Carnarium, Carnarius, Carneus, Carnifex, Carnificium, Carnuarii, Carnosus, vide Caro.

Cārnē, κάρνη, Phœnices oppidum est ad montem Libanum, à Carno Phœnicis filio ita appellatum: cujus meminit Plin.lib.5.c.20. ¶ Est item Carne Stephano, Æolidis civitas, à qua fit Gentile Carneus: à superiori verò Carnites.

Cärneades, καρνεάδης, Cyrenæus novæ Academiæ princeps fuit, qui ad-versus Zenonem Stoicæ sectæ principem scripturus, cerebrum helle-boro candido purgavit, ne quid ex eo corruptis stomachi humoribus ad cerebrum redundaret, & constantiam vigoremque mentis labefac-ceret. Hic tanta eloquentia prædictus fuisse perhibetur, ut quum Romam cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico legatus venisset, M.Catoni reddiderit legationem suspectam: qui identidem Senatum monuit, ut ab illorum eloquentia caveret, quia quicquid etiam ab invitis possent extorquere. Author est Gell.lib.16. Idem etiam penè di-cit Quint. lib.12.c.1. ¶ Fuit & alter Carneades, Philosóphus Atheniensis, Anaxagoræ discipulus, cujus meminit Suidas.

Cārni, κάρνος, populi sunt Istris finitimi, ab ea parte qua Alpes Juliæ Aquileiæ incumbunt, qui à Plinio collocantur in decima regione Ita-liæ ad Tergestum fluvium, qui in Venetiarum ora in sinum Adriati-cum influit. { GERM. Die Rennter. }

Carnodunum, καρνοδύνον, oppidum est Vindelicæ, ad Danubium, teste Ptol.lib.2.e.13.

Carnutum, regiō est totius Galliæ media, καρνοῦτον, Druidum sedes, de quibus in dictione Druides.

Carnus, κάρνος, vide Carne. Est etiam insula Acarnaniæ. Steph.

Carnunti, populi Germaniæ inter Danubium, & sylvam Herciniam, in confinio Pannoniæ. Plin.lib.4. Superiora inter Danubium & Hercy-nium saltum usque ad Pannoniæ hyberna Carnunti tenent, Germa-norumque ibi confinium est.

Carnuntum, oppidum in confinio Germaniæ & Pannoniæ inter Danu-bium & Hercynium saltum. Plin.lib.ult. Abest centum M. passuum à Carnunto litus Pannoniæ, quò à Germania succinum impor-tatur.

Carnutes, sive Carnuti, καρνοῦτοι, Galliæ Lugdunensis populi, Ande-gvensibus & Turonensibus finitimi: apud quos Druides suas habebant sedes, teste Cæl.lib.6.Comm. Horum oppidum est Carnutum, quod Galli sua lingua Chartres appellant.

Cārō, nis, propriè mortuorum animalium est, quod caret anima, in-quit Donatus. { τὸ βασάρ. κέτης, σάρκ. GALL. Chair. ITAL. & HISP. Carne. GERM. Fleisch. ANGL. Fleashe. } At Hieronymus inter carnem & pulpam sic distinguit, ut caro sit quæ sanguine, venis, ossi-bus, nervisque constringitur, pulpa quæ manducatur, eo quod pulse-tur & concidatur. Plin.lib.6.c.30. Agriophagi pantherarum & leonum carnibus maximè viventes: Pamphagi omnia mandentes: An-tropophagi, humana carne vescentes. ¶ Et non solum de animalibus, sed etiam de piscibus pomisque Caro dicitur. Plin.lib.9.c.17. de mul-lis piscibus, & aliorum piscium carni. Idem lib.16.cap.38. Atque in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, languis, caro, nervi, vene, ossa, medullæ. Quidam hoc nomen à Græco derivant, κρέας, à quo fit Creo verbum, pro corpore. Animo cum gravi carne certamen. Senec.cap.24.de consol. ad Marc. Carnem produci conve-niet, i. gigni. Celsus lib.7.cap.3.

¶ Carnalis, e, ad carnem pertinens. ||

Cārnāfus, qui cārnes vendit, ac etiam qui carnē delectatur. { καρνάθης. GALL. Boucher, chaire curier. ITAL. Beccai. GERM. Ein meijer. HISP. Carnicero, amador de carne. ANGL. A seller of fleashe, a butcher. } Martial.lib.11. Carnarius sum, pinguius non sum: hoc est, carnosa muliere delector, pingui non delector.

Carnarium. Locus propriè ubi caro salsa suspenditur, seu reponitur.

{ τὸ κρέας. GALL. Salloir, boucherie. ITAL. Carnaio. GERM. Ein fleischkammer/ ein ort da man das gesalzen fleisch aufhängt oder hinlegt. }

HISP. Lugar donde se guarda la carne. ANGL. A butchery, a lar-dour house. } Plin. Quippe à macello, aut carnario vivendum est.

Plaut.in Capt.sc.3.a.4. Adveniens inodò deturbavit totum cum car-ne carnarium. ¶ Quandoque etiam dicitur locus ubi carnes tantum-modò venduntur, καρναπάλιον. Plaut. Cœnam è carnario emit, jam factus satur. Varr. de R.R.lib.1.c.54. tabernam carnarium vocat.

Vide Plaut. Curc.sc.3.a.2. & Pseud.sc.2.a.3. ¶ Interdum carnarium accipitur pro ipsa carne, sicut cibarium pro cibo. Plaut. Qui mihi car-narium paravit, ridiculus ad jentandum. ¶ Carnarium item instru-men-tum dicitur cum pluribus uncis, quibus succidiæ, hoc est, carnes sa-litæ appenduntur. Var.lib.2.de R.R.c.4.

Carnatiūs, a, um, quod ad carnem pertinet. { οὐεντήγος. ANGL. Belonging to fleashe. } ut Carnaria taberna, ubi carnes venduntur.

Carnēs, a, um, quod ex carne est. { οὐεντάθης. GALL. De chair, charnu. ITAL. Di carne. GERM. Fleischin. HISP. Carnero, cosa de carne. ANGL. Of fleashe. } Corn. Gallus,

Carnis ad officium carnea membra placent.

Carnifex, Tortor, lictor qui carnes ex hominibus facit. { δίαιος. GALL. Boucher, bourreau, meurtrier. ITAL. Boio, manigoldo. GERM. Ein nachrichter/ ein henker. HISP. Sayon ò verdugo de los hombres. }

ANGL. A butcher, a tormenter of malfactours. ¶ Carnem autem fa-cere, est occidere, facere ut corpus vivum fiat caro, id est, mortua.

¶ Cic.7. Verr. Aderat janitor carceris carnifex Praetoris, mors terror-que sociorum, & ciuium lictor. Non superfuit quod carnifex trahe-

ret. Senec. 11. de Trang. Tibi supplicium de nobis carnifex detur? Plaut. Asin.sc.4.a.2. Nisi effecero, cruciabiliter carnifex me accipito. Ob furtum te ad carnificem dabo. Idem Capt.sc.ult.a.5. Item illorum carnificum scelera. Senec.cap.1. de cons. ad Marc. Hinc Excarnifico, as, pro excrucio. Terent. in Heaut. Hujusmodi semper comiminisce-re, uti me excarnifex.

Carnificina, Locus publicus in quo iusti magistratus homines lontes à carnificibus occiduntur. { καρνασθέα. GALL. Le lieu où on fait mon-vir les malfaiteurs, gibbet, tuerie. ITAL. Luogo della giustitia. GERM. Ein Richtstat/ ein roallstat da man die vbelthäter erödt. HISP. Lugar donde atormentan los hombres. ANGL. A place where mal-factours ar tormented. } Plaut. Quid si desperatis rebus carnificinam petat? Sueton. de Tiberio, Carnificina ejus ostenditur locus capreis, unde damnatos post longa & exquisita tormenta præcipitari coram se in mare jubebat. ¶ Carnificina item dicitur ipsa excarnificatio & cruciatus. Plaut. in Capt. sc.2. a.1. Vel carnificinam hanc facile pos-sent perpeti. Cic. pro Sestio, Non ea est medicina, sed carnificina est ista atque crudelitas. Cato, Carnificinas dixit plurali numero, pro tormentis & crudelitatibus, βάσανοι. Ubi societas (inquit) ubi fides majorum? infinitas injurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores at-que carnificinas per dedecus, atque ignominiam te facere ausum esse? Plaut. in Cistel. singulari usus est. Credo ego amore primum apud homines carnificinam commentum. Cic. 1. Tuscul. per translationem usus est. Nam cum omnis perturbatio misera, tum carnificina est ægritudo, quia instar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat ani-mum, excarnificatumque conficit.

Carnificinum cribrum, pro homine ut cribrum perforato, apud Plaut.

Carnificinum, ipse actus carnificis, quod & carnificina dicitur. { ANGL. Renting or cutting in peaces. } ¶ Carnificinum cribrum, adjective legitur apud Plaut. in Mostel. O carnificinum cribrum quod credo fore! Ita te forabunt patibulatum per vias stimulis.

Carnifico, as, corpus huminum in frusta disleco, more carnificis. { πηναντίαχ. χίζω, ἀνατέμω. GALL. Tuer en boureau, faire mou-vir. ITAL. Stratiare, sbranare. GERM. Ein menschen leyb in stück zerhauen. HISP. Defredaçar, encarnifar. ANGL. Torent a mans bo-die in peaces, tokill. } Liv. 4. bell. Punic. Quod ibi tribuni militum Gracco nunciaverunt, nemine stante jam vulnerari hostem, carnifi-ciari jacentes, & in dextris militum pro gladiis humana capitæ esse; signum dari properè jussit. Sisenna apud Priscian. lib.8. Vitam in-signi cruciati carnificatus amisit.

Carnis, in casu recto, ut Mentis, & innumera alia, usutparunt veteres.

Carnivörus, Carnes vorans. { οὐεντόφαγος. GALL. Qui devore, & mange chair, goulé de chair. ITAL. Devoratore de carni. GERM. Fleischfresser. HISP. Tragador de carne. ANGL. That devoreth fleashe. } Unde dicimus aquilam carnivoram, quod carnibus vesca-tur. Plin.lib.10.cap.73. Serratorum dentium carnivora sunt omnia.

Carnosus, a, um. Carné, seu musculis abundans: ut, Carnosum femur, Carnosum palatum. { μολύσσος. GALL. Charnu. ITAL. Carnoso, grasso, corpulento, pieno di carne. GERM. Fleischchrig. HISP. Cosa de mucha carne; carnuda. ANGL. Fleashie, grosse. } Plin.lib.12. cap.37. Sed in gustatu linguae vice carnulum aquatilibus palatum. Cell.lib.1. cap.3. Calefaciunt omnia salsa, amara, carnosa.

Carnulētus, adjec. idem quod carnosus. { ANGL. Fleashie, grosse. } Solin. cap.62. Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta: de camelis.

Carnositas, Musculorum plenitudo, qualis in obesioribus esse consuevit: τολυμορφία.

Carunculā, à Caro, diminutivum est. { οὐεντός, κράτης. GALL. Un peu de chair, un morcelet de chair. ITAL. Carnicina. GERM. Ein stücklein fleisch. HISP. Carne poca, ó pequeña. ANGL. A little morsell of fleashe. } Cic.2. de divin. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mavis, quam Imperatori veteri credere. Cellus lib.2.c.7. Si urina crassa carunculas quasdam exiguas, quasi capillos habet.

Caro, is, ere, vetus verbum est, Carminare, & lanam peccere & purgare.

{ ζαΐνω, καρνίζω. GALL. Carder ou peigner la laine. ITAL. Pettinare, carminare. GERM. Die wollen streichen / oder seiben. HISP. Carnamentar ó cardar lana. ANGL. To carde wool. } Varro lib.6.de ling. Lat. à carendo deducit, quod purgatur lana, ac deducitur spurcitia. Sed sine dubio est à Greco καρνίζω, ἵνεται, ut doctè tradit Scaliger in Varr. Plaut. in Men. Inter ancillas sedere jubeas, lanam carere. Sic enim locus ille, etiam Varrone & Nonio testibus, legendus est. Non carpere, ut alii legunt.

Carodunum, vide Carnodunum.

Carea, καρέα, vide Caria.

Carolobergomum, urbs Bavariæ, vulgo Ralsberg.

Carolostadium, Franconia urbs, vulgo Carolstat.

Caronium, καρνῶν, oppidum est Tarraconenſis Hispaniæ in tractu Callaicotum, non procul à Nerio promontorio. Author Ptolem. lib.1.c.6. Vulgo Cherga.

Caromemphyte, vide Caricon.

¶ Caropera, & Manopera, duplex gerius servitutis. ¶

Caropolis, καρώπολις, urbs Cariæ. Steph.

Caros cepi, καρός κατεψ, id est, Carishorti, parva Regio Thraciæ. Steph.

Caros, { καρός. ANGL. Surfetting. } Crapularis redundantia: à καρέω, perturbo, vexo, agito: seu à καρέψη, quod est capite agravor, oblinor, velut ab oppressura capitis, & ingenii offensione. ¶ Apud Medicos Caros est somnus julto profundior, proveniens ex humore frigido, & viscidio, cerebrum, & præcipue anteriores ejus ventri-culos occupante, sensumque pariter & motum ad tempus impediante, respiratione tamen integra relicta. Hæc Gal.lib.4. de locis affectis, cap.2.

Caros, καρός, Diosc.lib.3. semen est exiguum, aniso proportione re-spondens, cuius radix pastiæ modo est, ab Edo. Plaut. & Ovid. Estur. Plin. Careum, sive Carium dicitur, Officinis Carui.

¶ Caroticus, a, um, καρώπης, η, ει, soporandi vim habens. ¶

tracta. Sed est sumpta ex Gallico *Quaresme*, s̄ neglecto in pronunciatione, & Italisch *Quaresima* contracte dicitur pro Quadragesima: & sic *Quarrena* & *Carrena*, pro Quadragena.

Carrera, cursus. *Gloss.gr.b.*

Carico, onero. *Gloss.A.L.* ||

Carrio, divido. Quid si *Cambio*.

CĀRVS, & *Carrum*, Currus quatuor rotarum, cuiusmodi erant quibus exercituum impedimenta vechebantur: à sono, ut quidam putant, & rotarum stridore dictus. { *תְּהִלָּה bāghalāh. ḥēq̄, ḥēq̄.* GALL. *Char ou chariot.* ITAL. *Carro.* GERM. *Ein Fäsch.* HISP. *Carro o carreta.* ANGL. *A chariot with four wheales.* } Cæsar, Inter Carrros, impedimentaque prælium commiserunt. Hircius lib.6. Pompeius eo die per viarum angustias carra complura, multosque lanistas retraxit. Cæsar bell. Gal. lib.1. Alteri ad impedimenta, & carros suos se contulerunt.

Carrucā, Genus vehiculi duas habens rotas, quod & *Cisium* dicitur. { *מְרַכְבָּה merchantābāh*, רֶכֶב réchēb, בֵּצֶת ts̄at̄. δίτερος, ἀμφέπειρ. GALL. *Petit char, ou chariot.* ITAL. *Carrucola.* GERM. *Ein Fäsch mit zweien räderen.* HISP. *Carretta para llevar cargas.* ANGL. *A carre or carte.* } Mart. lib. 5. Nec feriatus ibat ante carrucam. Plin. lib.33. cap.11. At nos carrucas ex argento cælare invenimus. ¶ Carruca dormitoria: Scævola D. lib.34. tit.2. l.13. Quæstum est an carruca dormitoria cum mulis, cum semper uxor usi sit, ei debeatur.

Carrucariūs, { *רֶכֶב rachehab. ἀμφέπειρ.* GALL. *Charretier.* ITAL. *Carretiere.* GERM. *Ein Fächer.* HISP. *Carretero.* ANGL. *A carter or carman.* } Qui carrucam regit. Ulp. in l. item quaritur, in princ. ff. loc. Si cistarius, id est, carrucarius, dum cæteros transire contendit, cistaria evertit.

Carrucariūs, a, um. { *ἀμφέπειρ.* ANGL. *Belonging to a cart or carriage.* GALL. *Servant à chariot.* } Quod ad currucam pertinet. Pomponius, Plerasque mulas carrucarias tales esse, ut transjungi non possint.

Carsamatum, est propriè Eunuchus, quem Græci vocant amputatis virilibus & virga.

Carscoli, oppidum est in via Valeria, non procul à Pelingis, à quo ipsi etiam incolæ Carscoli dicuntur. Horum meminit Ovid.4. Fast.

Frigida Carscolis, nec olivis apta serendis

Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.

Carscolanūs, a, um. Ovid.4. Fast.

nam dicere certam

Nunc quoque lex vulpem Carscolana vetat.

Cartā, sine h, nomen unius ex Darii satrapis, apud Curtium.

Cartallūs, { *χελώνη.* ANGL. *A hamper or baskette.* } Græca dictio significans canistrum. Gall. *Panier ou corbeille faise d'osier.*

¶ *Cartamus*. Arab. *مَرْجَب*, semen croci hortensis. ||

Cartēiā, *καρπία* Ptolemaeo, oppidum est Hispaniæ Boeticæ, in tractu Bastulorum, ad radicem Calpes promontorii. *Tartessos*, *ταρτησός* à Græcis dictum. Vulgò *Tarifa*.

Cartesius, a, um, ut Litus Cartesium, in quo freti angustiæ sunt.

Cartennā, Augusti colonia in Mauritania Tingitana. Plin. lib.5. cap.2.

Carthæa, *καρπία* Stephano, urbs in Cea insula. Hæc apud Plin. lib.4. c.12. corruptè (ut suspicor) Carthæa appellatur: certè apud Stephanum per *αγ* diphthongum scribitur.

Carthæliūs, a, um. Ovid. lib.12. Met.

Transit & antiqua Carthæa mœnia Cea.

Carthæus, adjективum. Idem 10. Met.

Namque sacer Nymphis Carthæa tenentibus arva

Ingens cervus erat.

Carthago, urbs Africæ totius celeberrima, quæ post Trojanum bellum (ut docet Eusebius) à Didone condita fuit, & tertio bello Punico à Scipione Æmiliano penitus eversa. *καρπίων.* { GERM. *Carthago in Africa.* } ¶ Est & alia Carthago in Hispania, quam Asdrubal condidit, quæ nova perpetuo epitheto dicitur, ad differentiam Carthaginis Libycæ. Vulgò *Carthagena*. Hec etiam à sparti copia, quod in ejus agro copiosissime provenit, Spartaria appellata est. Carthaginis autem nomen quidam à Cartha oppido haud procul à Tyro dici putant. Cicero vero lib.2. de nat. deor. scribit dictam à Carthagine Herculis filia, quum Byrsa prius diceretur.

Carthaginiensis, *καρπίων*, dictio sex syllabarum est: nam authore Prisciano inter n, & e, interponitur i: ait enim lib.4. Si tertiae sint declinationis, abiciunt extremam genitivi, & assumunt ensis, ut Pistor, pistoris, Pistoriensis: Carthago, Carthaginis, Carthaginiensis. Eunius,

Hos tem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.

Carthegon, Buxi granum est. Plin.lib.16. cap.30.

¶ *Cartibulum*. Varro lib.4. de L. L. Vinaria mensa lapidea, quadrata, oblonga, una columella, vocabatur cartibulum. ||

Carpī, populi Persiæ, ut scribit Strab.lib. Geograph. 31.

CARTILAGO, inis, pars similaris corporis ex spermate genita, quæ tamen neque os est, neque caro, sed quoddam intermediate, qualis est tota auris, & extremae partes ossium motoriorum. { *כַּרְבָּה bedhal.* *χειρόπ.* GALL. *Cartilage*, tendon ou tendrillon, comme celuy de l'oreille ou du nez. ITAL. *Cartilagine*, tenerume, come è quel dell'orecchie. GERM. *Kröspelbein.* HISP. *Ternilla.* ANGL. *Gristle.* } Plin. lib.11. cap.4. Infecta non videatur habere cartilaginem. Idem lib.9. cap.14. Planorum piscium alteum est genus, quod pro spina cartilaginem habet. Cartilago mori. Plin. lib.15. c.23. Callo placent pyra & mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei genus.

Cartilagineus, a, um: quod ex cartilagine constat. { *χειρόπονος.* GALL. *De cartilage.* ITAL. *Di cartilagine.* GERM. *Von kröspelen oder kröspelbeinen.* HISP. *Cosa de ternilla.* ANGL. *Of gristle.* } Plin. lib.11. cap.37. Sed auricula omnibus, exceptis quæ cartilaginea appellavimus.

Cartilaginosus, a, um. { *χειρόπονος.* ANGL. *Full of gristle, gristly.* } Plin. lib.12. c.25. Quod maximè laudant cartilaginosum, purum, ad similitudinem ammoniaci, minimeque lignosum.

Cartris, Cimborum peninsula, dicente Plin.lib.4. c.13. promontorium

Cimborum excurrens in maria longè peninsulam efficit, quæ Cartris appellatur.

Caruentus, *καρύειος*, alias *καρύειον*, urbs Latiorum: gentile Carentanus. Steph.

Catuncula, vide *Caro*.

¶ *Carum*, *καρόν*, planta est & semen vulgaris notitiae, quod vicem anisi præbet. { GERM. *Mattkämmich*: expressius *Mattkämmel*. } Id est, minimum pratense, à malte, vel madte *prathm.* ||

CĀRVS, a, um, Gratus, dilectus, jucundus, suavis. { *חֲבִיב jakár*, *כְּבָבָה, מְסֻפָּה.* GALL. *Cher*, precieux. ITAL. *Caro*, *prezioso*, *diletto.* GERM. *Lieb*, *angendam/their/kostlich.* HISP. *Agradecido*, *caro en precio.* ANGL. *Deere*, *precious.* } Virg.4.Ecl.

Cara Detum soboles, &c.

Casti pudicitiam servat domus.

Unde dicimus uxorem castam, & castum cantum, in quo nihil est lasciviae: & castam manum, quæ se ab alienis continet. Item proprio & religioso. Virg. 5. Æneid.

Quique sacerdotes casti, dum vita maneret.

Ubi Servius, Casti dum vita maneret, id est, qui fuerunt casti dum in communione vitae versarentur. Nam hi qui facta maxima accipiebant, renuntiabant omnibus rebus, nec ulla in his nisi numinum cura remanebat. Hiebis etiam quibusdam emasculabantur: unde jam coite non poterant. Castissimus: Castissimi sermonis homo (de Cæsare.) Gell. cap. 8. lib. 19.

|| Casta mola, genus sacrificii, quod Vestales virgines faciebant. Fest. ||

Castis, us, substantivum, castitas. { ANGL. Chasteness. } Varr. Et religiones & castus id possunt, ut ex periculo eripiant nostro.

Castè, castiùs, castissimè: Pudicè, continenter, abstinenter. { *ἀνέρες*.

GALL. Chastement, purement. ITAL. & HISP. Castamente. GERM. Reuschlich/ zuchtiglich. ANGL. Chastelie, without, corruption est his bode. } Cic. pro lege Manil. Castè, intégraque versatus est labor meus in privatorum periculis. Idem de Arusp. respons. Quod quum Dejotarus religione sua castissimè tueretur. Castè se habere. Gell. cap. 12. lib. 15.

Castitatis, castimonia, virginitas. { *καστιτιδία*, *τὰ πανκατάν*.

καστιτιδία, *ἀνέρες*. GALL. Chasteté. ITAL. Castitate, pudicitia.

GERM. Reuschheit/ reinigkeit/zucht. HISP. Castidad. ANGL. Chastitie, singleness of life. } Cic. 2. de leg. Et colendæ virgines praesint, ut advigiletur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura foeminarum omnem castitatem pati. Suet. in August. cap. 71. Castitate refutare infamiam impudicitie.

Castimoniæ, Castitudo, castitas, *ἀνέρες*. Liv. lib. 9. belli Macedon.

Decem dierum castimonia opus esse. Accius: Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem.

|| Castifer, a, um, qui portat flagella ut castiget: à castus, & fero. Vulcanius tamen forte legendum putat castifer, *καστιφέρ*, qui cistellum portat. ||

Castiflūs, a, um, *ἀνερεύς*. Seneca in Hippol. Expelle facinus mente castifica horridum, id est, quæ te castum faciat.

Cavventiliani, Italiae populi in sexta regione, apud Plin. lib. 31.

cap. 14.

Calventum, fluvius est in sinu Tarentino, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

Casurgis, Ptol. lib. 2. cap. 11. Oppidum est in Septentrionali parte Germaniae. Quidam longitudinis & latitudinis conjectura ducti arbitrantur idem esse cum Praga, Boemiae totius capite.

Cafus, vide Casos.

Catabânes, populi sunt Arabiæ desertæ, apud Plin. lib. 5. cap. 11. quorum incinit & Strab. lib. 16. quos tamen Catabanenses vocat.

Catâbâsi, *καταβάσις*, Inferior Solis meatus, vel descensus.

Catâbâthmîs, *καταβάθμησ*, vallis est oppidum in finibus Cyrenaicæ regionis, ea in parte, qua Cyrenaica à Mareotide dirimitur, lxxxvi. m. passum à Paratonio distans. Catabathmi autem à reipsa nomen accepit, eo quod ea in parte, qua Mareotide contingit, admodum declivis sit, quodque nonnulli precipiti descensu adest. Nam *καταβάθμησ*, descendere est: unde *καταβάσις* & *καταβάθμησ*, idem quod descensus. Plin. lib. 5. cap. 5. Finis Cyrenaicus Catabathmus appellatur, oppidum, & vallis repente convexa.

Catabolici, dicti sunt spiritus qui per arreptios & energumenos futura prædicebant, quos plerumque raptabant, dejiciebant, solo affligeabant.

|| Cataclum, stabulum, clausura animalium publicæ utilitati servientium. Cerda. ||

Catacecaumene, *κατακαιμηνή*, Mæonia regio, non procul ab Epheso, arboribus carens, vite excepta, quæ genetissimum fert vinum, quod *κατακαιμηνή* appellant. Vide Strab. lib. 13.

Cataceri, Asiae populi, circa Maeotim, ut docet Plin. lib. 6. cap. 7.

Catâchrësis, *καταχρῆσις*. Tropus, quem non Abusionem, vel Utopationem dicimus, quum alienis abutimur perinde ac propriis, quum propria deficiunt: ut, quum piscinam dicimus pro natatione, in qua nulli sunt pisces. Simile est illud,

Faciésque simillima lauro:

Nam facies propriæ hominis est. Dicta Catachresis παραγγέλλεται, quod est abuti.

Cataclaston, frustum panis benedicti. L. gr. b. ||

Cataclitus, a, um, *κατακλίτης*. ANGL. A garment close round about, a frock, &c. } Vestis undique clausa: dicta à verbo *κατακλίτης*, id est, undique claudo.

|| Cataclitum, *κατακλίτης*, lectus discubitorius, cataclita accedita. ||

Cataclysmus, { *κατακλυσμός*, *κατακλυσμός*. GALL. Deluge d'eau ITAL.

Diluvio. GERM. Ein grosser wasserguss wie der sündflut. HISP. Diluvio, rebossadura de aqua. ANGL. A deluge a floodde. } Diluvium & inundatio dicuntur. Varro 3. de rer. rust. cap. 1. Thebae, quæ ante cataclysmum Ogygi conditæ dicuntur. Frequens est cataclysmi mentione apud veteres philosophos. Illi enim magnum quendam

dam

dam annum imaginabantur, cuius hyems esset Cataclysmus, Ecpyrosis testas.

Catācrīs, { Κατάκρισις, mischfāt. κατάκρισις. GALL. Condānation. ITAL. Condānna, iōne. GERM. Verdānnōs. HISP. Condenacion. ANGL. Condemnation. } Condemnatio, decretum, sanctio: à verbo Græco κατάκρισις, quod est condemno, statuo, sancio. Utitur hac voce Cicer. in Epist. ad Attic.

Catactūs, κατάκτης, phialæ, vel poculi convivialis genus, quod sit fragile, κατάκτης.

Catacumba, catatumba, cemeteria dicta arenaria. Cerda. ||

Catadrōmūs, Decurſorium, locus in quo equi decurrunt, { κατάδρομος. GALL. Lice, espace à courir. ITAL. Un luogo o piazza da correre. GERM. Ein lauff oder rennplatz. HISP. Correra o lugar donde corren. ANGL. A place to runne horses in. } κατάδρομος enim, decurro. Suet. in Ner. Notissimus eques Romanus elephanto supercedens, per catadromum decurrit, id est, per stadium, in quo equites decurrere solebant imaginario prælio, ut fit saepe in Gallia, Principe spectante: *Licias* vocant. ¶ Est etiam, teste Vitruvio, machinæ genus hoc nomine, qua architecti utuntur ad sublevanda, vel demittenda onera: quæ apud Jurisconsultos Catadromus γέρανος vocatur, quasi dicas Decurſorium gruis, à figura fortassis, quod collum haberet extensum more gruis: quales machinas etiam hodie videmus in maritimis emporiis, ad exoneranda navigia accommodatas, quas etiam hodie Grues vocamus. ¶ Fuit & alias catadromi usus, cuius meminit Julius Pollux lib. 4. cap. 19. quum ex sublimi theatri parte per machinam quis dilapsus aliquem rapit, & secum sursum asportat: ut quum Aurora Memnonem rapiebat, aut Jupiter Ganymedem, aut Diana Endymionem. De hoc machinæ genere videntur intelligenda esse verba Pauli Jurisconsulti, l. pen. de actionibus empti.

Catādūpi, Æthiopum populi ad novissimum Nili cataractem, ubi inter occursantes scopulos tanto fragore Nili aquæ ruunt, ut nimia soni vehementia auditus instrumentum videntur, & accolas planè surdos reddant. Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo fluvio, Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremò inclusus montibus, nec alibi torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, novissimo cataracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Vulgo Montes de Nilo.

Catāgrāphē, καταγραφή. Futuræ pictura delineatio est, quam & descriptionem vocant Latini. ¶ Catagrapha autem in picturis obliquæ imagines dicuntur, ex uno tantum latere sepe ostendentes, interprete Plin. lib. 5. cap. 8. || ¶ Catagraphus, notatus lineis, vel punctis. Cerda. ||

Catālānum, vide Cabullinum.

CATALON, vide Orisia.

Catālēctūs, a, um, καταληκτός μέτρος, cui ad perfectionem syllaba deest, ut apud Horatium,

Mea renidet in domo lacunar.

Est enim senarium Iambicum perfectum, una syllaba minus. Acatalepticum, καταληκτός, dicitur quod legitimo fine clauditur, cuique ad perfectionem nihil deest: ut,

Nec fonte labra proliui Caballino.

Est enim Jambicum senarium perfectum.

Catālēpsīs, καταληψία, Occupatio, comprehensio, cognitio. Cic. 4. Acad. lib. 3. de Finib. Cognitiones autem, vel si hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταληψία appellemus licet. ¶ Est præterea Catalepsis medicis, affectus cerebri, & posteriorum posterioris ejus partis, procedens ab humoribus frigidis, cerebri ventres, præcipue posteriores, occupantibus, respiratione tamen integra manente, oculisque ut in vigilia apertis.

Catālōgūs, { תְּלִינָה maghillaḥ, תְּלִינָה misphār, תְּלִינָה michsāḥ. κατάλογος. GALL. Un rolle, ou catalogue. ITAL. Catalogo, tavola. GERM. Ein register/eintodet. HISP. Matricula do se escriven muchos. ANGL. A roll or bill of names. } Sermo, vel scriptura quæ numerum, vel ordinem recenset. Plaut. in Milite, Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum siet. ¶ Ultra catalogum vivit, τὰς ἡ καταλόγων. De eo dicebatur qui multum ætatis viveret, ut jam prescriptum illum annorum numerum præterisse videretur. Est, ni fallor, apud Lucianum. Refertur à Suida. Prob. in 3. Georg. Ut refert Homerius in catalogo Ducum qui ad Trojam accesserunt.

Catomati, ergastulum: fortè Latomia, vel Catonum: vide Catomati.

Catāmīdiārē, verbum Græcum est, ad Latinam declinationem deslexum, quo labescere jam tum lingua Latinæ puritate, nonnulli usi sunt pro deridere. { καταμειδᾶν. GALL. Infamer quelqu'un publiquement. ITAL. Bessare, diliggiare. GERM. Einem ein offne schand/sport, oder schmach anthun. HISP. Poner a la verguenza. ANGL. To mock, to scorne, to diffame. } Spartanus de constitutionibus Adriani loquens, Decoctorum bonorum suorum, si suæ authoritatis essent, cataridiari in amphitheatro, & dimitti jussit, i. deridendos omnibus per theatrum præberi: à Græco καταμειδᾶν, quod deridere & ludibrio habere significat. Unde id propemodum ludibrii genus esse suspicor, quo polygami afficiuntur, i. qui multis uxoribus abundantur, quum mitellati in scalario suggestu lascivientis plebecula scurrilitates obaudire perficitæ fronte ad aliquot horas coguntur: mitrare id appellant. Cui non dissimile est illud, quod Traducere Latinè dicitur. Budæus.

Catāmītūs, Puer meritorius, { ψῆφος καθέσχ. μέρος. } Græci mercedem dicunt, quasi περιθώριον, i. pro pretio. Cic. 2. Philip. O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere. Ergo ut te catamitus nec inopinatò quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret. Ausonius,

Aut Iouis Elysii tu catamitus eris.

Plaut. Men. sc. 2. a. 1. Ubiquila catamitus rapuit.

¶ Catamontem, cœli aspectum. Gloss. Isid.

Catampo, genus est lufus. Fest. Græcum scil. καταμόφα. ¶

Catānā, κατάνη Stephano, Siciliæ oppidum, ad radicem Ætnæ montis situm, patria Charondæ, inter Atheniensium legiflatores in primis celebrati. Catana simulachrum fuit Cereris, teste Cic. 7. Verr. quod à viro non modò tangi, sed ne aspici quidem fas erat. Legitur & Catina, per tertiam vocalē in secunda syllaba. Silius lib. 13.

Tum Catina ardenti nimium vicina Typhæ.

Vulgò Catania.

Catanance, κατανάνη Dioscoridi. Herba est, qua ad amorum veneficia Thessalæ mulieres utebantur: unde & Thessalam herbam non nulli appellatunt. ¶ Gesneri judicio, limonium veterum. Ejus duo sunt genera. Alterum folia haber longa, cornicis pedi similia, radicem gracilem, juncetamque: capitula autem sex, aut septem: in quibus eruo simile semen est, quod quum siccatur, ad speciem unguum exanimati milvi contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinem habet, radicem autem exiguum, olivæ magnitudine: folia autem figurâ coloréque oleagini similia. Posterior hoc genus officinæ Bistortam appellant: nam superius Herbariis nostris est incognitum.

Catangelos, Rubus apud Diosc. lib. 4. cap. 147.

Cataonia, κατανία, Cappadociæ pars Comagenæ prætenta, Haly amne irrigata. Author Plin. lib. 6. cap. 2. & 3.

Catanira, κατανίρα, τὰ, insula, vel urbs è regione Lesbi. Steph.

Catanni, κατανοὶ, populi ad mare Caspium. Steph.

¶ Catanotium, pallium. Lex. gr. b. ||

Cataphysis, καταφύσις. Herba est pulicaris, quæ Psyllion Dioscoridi dicitur. Est autem ex iis nomenclaturis, quæ valuti norhæ à doctrinibus ex Dioscoride abjectæ sunt.

CATAPHRĀCTŪS. { ϕράκτης καταφράκτης. GALL. Gendarme armé de toutes pieces. ITAL. Armato d'ogni parte. GERM. Allenthalben mit wehr und waffen vol bewart / ein kürscher. HISP. Hombre armado de todo. ANGL. A man of warre armed on all partes. } Undique munitus, à verbo Græco καταφράκτης, quod est obsepio, & munio. Unde Cataphractæ naves dicuntur, quæ nos constratas, aut testas dicimus. Setv. 11. Æneid. Cataphracti equites, qui & ferro muniti sunt, & equos similiter ita munitos habent. Salustius. Et sequebantur equites cataphracti. ¶ Est etiam Cataphracta, καταφράκτης, lorica, sive thorax militaris. Unde Vegetius scribit exercitum Romanum pedestrem cataphractis & galeis fuisse munitum. Et Liv. lib. 37. Pedites loricatos cataphractos vocat. Idem lib. 5. d. 4. Equites loricatos cataphractos vocat.

Cataphrāctārī, qui cataphractis muniti sunt. Lampr. de Alexandro, Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.

Cataphrygæ, Heretici qui in Phrygia fuerunt, ut Montanus, Priscilla, & Maximilla. Hi Spiritus sancti donum non Apostolis, sed sibi traditum asserebant.

Catapirātes, linea cum plumbea massa, quæ mariis altitudo exploratus. Græci βολίδαι vocant.

Cataplasmā, atis. { καταπλασμα. GALL. Emplastro. ITAL. Empiaſtro. GERM. Ein pflaster. HISP. Empiaſtro. ANGL. A plaister made of green hearbes. } Malagma quod constat ex floribus, eorumque surculis, & axungia. Plin. lib. 20. cap. 16. Dalton herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio. || Hinc Cataplasmo, as, are, cataplasma imponere.

Cataplectatio, convitium.

¶ Cataplexis, καταπλεξίς, horror, admiratio, obstupefactio. ||

Caraplius, est navigatio, appulsus navium.

Catapötla, { καταπότλα. GALL. Pillules, & autres medecines qu'on avale sans mascher. ITAL. Pilote. GERM. Pillulen / oder andere arzney die man ist oder trinkt. HISP. Pildoras que se tragán. ANGL. Pilles. } Pilulæ dicuntur, δοντὶς καταπότλα, quod est devorare, vel bibere proprie: quoniam neque editur, neque ligatur id genus, sed devoratur. Plin. lib. 26. cap. 8. Est & semen in ufo cum melle decoctum ad catapotia, solvendæ alvi gratiæ.

Catapsyxis, Cicuta apud Dioscor. lib. 42. cap. 8.

CATAPŪLTA, α, { καταπολτή. ANGL. A sling, an engin of warre to cast, stones or darts. } Machina bellica, qua tela, aut saxa excuti solent. Plaut. in Cura. sc. 3. a. 5. Atque ita te nervo torquebo, ut catapultæ solent. Cœf. 2. bell. Civil. Centones insuper injecerunt, ne aut tela tormentis emissa tabulationem perfingerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent. Cubitus Catapulta est mihi. Plaut. sc. 1. a. 4. & Cura. sc. 1. a. 3.

Catapūltarūm pilum, hoc est, sagitta, sive jaculum, quod catapultæ emititur. Plaut. Cura. Et te hodie faciam catapultarium.

Catāracta, sive Cataractæ, sive etiam geminato r, Catarracta, vel Catarractæ. { אַרְבָּתָה arubbâh, καταράτης, καταράτης. ANGL. A damme or fludgate. } Locus est abruptus, & præcepis in flumine, unde aqua ruit potius, quam fluit. Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo flumine: Vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, novissimo cataracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Dicitæ autem sunt Cataractæ, à verbo καταράτης, sive καταράτης, quod inter cætera significat, Cum impetu decidit. ¶ Dicuntur etiam Cataractæ, portæ quædam funibus, aut catenis pendentes, quæ attolli, & demitti possunt, cujusmodi in urbium portis videmus, ad hostium irruptionem propulsandam accommodatas: item in fluminibus quibusdam emittendæ, vel retinendæ aquæ idoneas. { GALL. La herse ou le gril de la porte d'une ville qu'on monte & laisse choir quand on veut, Sarafine. ITAL. La sarracinese delle porte. Le cataratte che se tiranno su quando se da

dà l'acqua à i mollini, à i prati. GERM. Ein schungatter den man aufs
gleich vnd hinab leßt. HISP. La compuerta de la ciudad à fortaleza.
LIV. Pendulas & recedentes portas cataractas. Idem, Porta cataracta
dejecta clausa erat: à partim vectibus levant, partim funibus subdu-
cent in tantum altitudinis, ut subire recti possent. ¶ Est itē Catarractes
Pamphiliæ fluvius post Olbiā, ita dictus, quod magno cū impetu
defluat. STRAB. lib. 14. Post Olbiā est qui Catarractes appellatur, amnis
magnus, & torrentis more rapidus, ab alta petra descendens, adeò
ut longissime strepit exaudiatur. Meminit hujus fluvii & Pomponius
Mela lib. 1. de descriptione Pamphyliæ. Sunt præterea Catarractæ,
aves quædam fulicis similes, sed dentatae, oculosque habentes
coloris ignei, cætero corpore candido, quæ nusquam terrarum appa-
rent, nisi in insula Apuleiæ adjacenti, Diomedis tumulo nobili, ubi &
advenas Barbaros clangore infestant. Græcis tantum adulantur,
mīro discriminē, veluti generi Diomedis hoc tribuentes. Vide
plura de iis apud Plin. lib. 10. cap. 44.

Catari, Pannoniæ populi sunt. PLIN. lib. 4. cap. 25.

Catarnia (quod corrupè hic legebatur) vide *Catonia*.

Catarrhūs, fluxus, destillatio. { κατάρρησις, grec. GALL. Reume, catarrhe.

ITAL. Catarro, fesa, discesa. GERM. Ein invendiger flüs des haupts so in dem schlund abhinn fällt. HISP. Romadizo. ANGL. Distillation of humours in to the throat, te catarrhe. } Differt à Coryza, & Branco: καρπός enim dicitur, quum pituita nates tantum obsidet, Gravido Latinè dicta: Catarrhus verò, quum fauceis, pectoralumque: at βεγγύης, quum & guttur, & arteria corripitur, ob id & Artericum quandōque id vitium appellant. Omnia haec tamen Hippocrates Coryzas vocat, nostri Distillationes, quia Græcè καταρρήσις nominantur in communi. Dictus est autem Catarrhus à κατάρρησις, defluso, destillo.

Catarrhytūs, { κατάρρησις, κατάρρησις. GALL. Baigné, arroussé. ITAL. Bagnato, acquoso. GERM. Geroässert / befeuchtigt. HISP. Regado. ANGL. Wat tered, mojstie. } Latinè Irriguius, à verbo Græco κατάρρησις. Unde etiam Plin. lib. 5. cap. 4. Hippomen Africæ oppidum Catarrhytum vocatum fuisse tradit, propter aquarum irrigua.

|| Catastica, Anasarca, hydropsis species. Item, instratum aliquod sacræ mensæ. L. gr. b. ||

CATASCOPIUM, { κατασκοπίον. GALL. Un brigantin, petit navire pour espier & decouvrir pays. ITAL. Fregata. GERM. Ein spähchifflein. HISP. Nave para atalajar, brigantin. ANGL. A brigantine, or barke. } Genius navigij exploratorii, quod circumquaque speculator. CICER. ad Attic. ἀφορά Rhodiorum, & dicitur Mitylenæorum habebam, & aliud κατασκοπίον. legendus GELL. lib. 25. cap. 10. ubi Catastropium enumerat inter genera navium. ¶ Est & Catastropicum, κατασκοπίον, scil. scutor.

Catascopūs, { מַרְגָּרֶת meragh hél. κατασκοπίον. GALL. Espie, espion. ITAL. Spia, spione. GERM. Ein auspäher. HISP. Atalaya, varo que atalaya. ANGL. An espier. } Latinè speculator. Est enim αστέρι, speculari.

Catasta, æ, { τὰ βάσης. ANGL. A cage or sell to punish bond men in. } Lucian. Locus erat ubi venales servi exponabantur, à καθίσης, verbo Græco, quod significat statuo. Tibul. lib. 2. Eleg. 3.

*Nota loquor, renum ipse tenet, quem sape coegerit
Barbara gypsatos ferre catastafa pedes.*

¶ Est & catastafa, machina lignea, longæ & magnæ compedis forma, qua servi vinceti tenebantur. PLIN. lib. 35. cap. 18. Talem in catastafa videre Chrysogonum Syllæ. Catasta ab aliis expanitur, machina, & pegma, in quo reus ad supplicium pendebat. Prudentius, Emirto vocem de catastafa celsior.

CATASTRÖMA, { κατασπάγει. ANGL. Hatches or deckes in a shippe where, men stand to feight. } Navis partem significat, per quam nautæ discurrent. Latini Transtra vocant. { GALL. Le plancher d'un navire sur lequel sont les gens de guerre quand ils combattent. }

CATASTRÖPHĒ, { κατασπάσθαι. ANGL. A subversion. } Latinè subversio, volumen, δένει σπίθη, id est, à convertendo. Unde etiam extrema pars fabulæ, κατασπάσθαι appellatur, quod in ea res turbulentæ in lectum convertantur exitum, ut in Comœdiis fieri solet: aut contrâ quod res latæ tristem fortiantur exitum, ut in Tragœdiis. ¶ Transumitur etiam pro cuiusvis rei exitu, & pro ipsa etiam morte ponitur, quæ est extremus nostræ vita actus. { ANGL. The end of an comedy, the end of any thing. }

|| Cataechinus. VITRUV. lib. 4. cap. 1. Callimachus propter elegantiam & subtilitatem artis marmoreæ ab Atheniensibus Cataechinus fuerat nominatus. ||

Catathema, proximum est anathemati.

CATATYPOSIS, κατατύπωσις. Figura est, quæ sit quum aliquid ad typum, hoc est, formam alterius describitur: ut apud Virg. lib. 4. Æneid.

*Omnia Mercurio similis, vacemque, coloremque,
Et crines flavos, & membra decora juventa.*

Catax, à veteribus dictus est, teste Festo, qui hodie Claudus. Nonius antiquæ catacem dici testatur, quem nunc caxonem, tamque in rem citat LUC. Satyr. lib. 2.

*hostib[us] contra
Pestem perniciemque catax, quam &
Manliu' nobis.*

Catax, claudus, coxus. In veteribus Græcorum Glossis, Coxus, κατάδος. Feltus Catax, Claudus. Hispani hodie retinent nomen, claudum enim hodie vocant Coxo, & Coxquear claudicare dicunt.

Cataxerxon, vide *Cambyses*.

Cathæna, καθαινα, urbs Indica, ubi formosis tantum defertur, ut formosissimum regem eligant. Steph.

Cathalaunum, urbs Galliæ Belgicæ, vulgo Châlons.

Cathareus, vide *Caphareus*.

Cathalusius, Καθαλευτός, Niconor nominatur apud Stephanum in Mieza.

Catè, adverb. διατελεῖ, pro caute.

CATECHISMUS, { τητην chinnich. κατηχισμός. } Dicitur institutio rerum sacrarum, quæ viva voce tradi solet iis, qui sacris mysteriis initiantur. Nam Ægyptii theologi (à quibus hic ritus fluxisse creditur) nunc Calepini Pars I.

fas arbitrabantur arcana suæ religionis scripto committere: satiisque illis visum est, eos qui illorum mysteriis vellent initiari, viva voce institui, & ita religionis suæ ceremonias veluti per manus ad posteros propagari. Ad hunc etiam modum in primitiva Ecclesia, qui ad Baptismum admitti cupiebant, prius fidei Christianæ mysteria ab Apostolis viva voce accipiebant. Hujusmodi institutionis genus κατηχισμός appellabant, δένει κατηχεῖ, quod est viva voce instituere. Illi autem qui ad hunc modum sacris mysteriis initiantur, κατηχεῖσθαι dicebantur.

|| Catechismus, idem quod catechesis, sed à verbo κατηχίζει, viva voce instituto.

Catechizo, as, κατηχίζω, doceo, in religionis fundamento instituo. ||

Catēchūmēnūs, { τητην channich. κατηχηθός. } Qui sacris nondum est initiatus, sed adhuc imbutitur elementis religionis, secundum ad sacra spectanda introductus: cui mysteria Fidei vivæ vocis ministerio concredebant. Bud.

Catēgorēmāta, κατηχείσθαι, Prædicamenta. CIC. 4. Tuse. Distinguunt illud etiam, ut libido sit earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut de quibusdam, quæ κατηχείσθαι. Dialectici appellant: ut, Habere divitias, Capere honores.

Catēgoriā, { τητην fitnah. κατηχείσθαι, as. GALL. Accusation. ITAL.

Accusa. GERM. Anklagung. HISP. Acusacion. ANGL. Accusation or accusing. } Accusatio, à κατηχείσθαι, Accusatio: unde & κατηχεῖσθαι, Acculato. ¶ Categoriae, sive Categoremata Aristoteli dicuntur Prædicamenta. Quin & positiones quædam à Dialecticis Categoriarum nominantur, quas prædictorias Latinè dicere possumus: à κατηχεῖσθαι, prædicare. Sunt autem decem prædicamenta, circa quæ versari videtur omnis quæstio, εἰσα, id est, essentia, Qualitas, Quantitas, Ad aliquid, Agere, Pati, Ubi, Quando, Situs, & Habitus. Appellatas verò Categorias constat (ut inquit Augustinus in Dial.) propterea quod non possunt nisi à subjectis agnoscendi. Quis enim quid sit homo possit agnoscere, nisi sibi hominem ponat ante oculos, quasi subjectum homini?

Catejæ, Jaçula, sive tela, apud GELL. lib. 10. cap. 15.

Catellā, diminutivum à catena, vide *Catena*.

Catellūs, vide *Catulus*.

CATENĀ, vinculum est ferreum, quo vel seruos, vel captivos, vel animalia irretimus, ne effugiant. { πτηνοτρυπάκ, κατην. GALL. Chaines. ITAL. Catena. GERM. Ein ketten. HISP. Cadena hecha de esclavos. ANGL. A chain. } Ita dicta, quod se capiendo teneat, quia in ea anulus anulus capit. LIV. 1. ab Urbe, Injectæ Turno catenæ. CIC. 17. Verr. Iste hominibus miseris, innocentibusque injici catenas imperat. Transumitur etiam ad incorporea. SEN. ad Luc. Una est catena quæ nos alligatos tener, amor vitae. CIC. pro Sestio. Hanc tetram, immemorique belluam vinclam auspiciis alligatam more majorum, constrictam legum sacratarum catenis, solvit subito legum cura Consul, &c. Catena omnes alligati sumus. Alii aurea & laxa, &c. SEN. cap. 10. de Trang. His indito catenas singularias, &c. Plaut. Capt. sc. 2. a. 1. Homines qui captivos catenis vincunt. Ibid. Men. sc. 1. a. 1. Aut se è catenis eximunt aliquo modo. O catenarum colon. Idem Asin. sc. 2. a. 2.

Catenatūs, a, um, { πτηνοτρυπάκ, κατην asy. mīdīm. GALL. Enchainé. ITAL. Catenato. GERM. An eintetten gebunden. HISP. Encadenado. ANGL. Bound with a chain. } Cæl. ad Cic. Vallem quidem Venere prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit. MART. lib. 7.

Nulla catenatis pila est praecincta laenis.

Catenatus janitor, Portæ adjacens canis. Col. in præsat. ¶ Catenati labores, per translationem, hoc est, sese vicissim sequentes. MART. lib. 1.

Expectant cureque, catenarique labores.

Catenatō, Coniunctio, & stricta arctatio. { παραβρατ. κατην. ANGL. Conjunction, liaison. ITAL. Congiunctione, ligamento. GERM. Ein zusammen fügung HISP. Encadenamiento de catenas, atadura. ANGL. Binding or fastening with a chain. } Vitruv. lib. 2. cap. 9. Et in commissuris, & in coagmentationibus ab lenitidine firma recipiunt catenationes.

Catenatūs, a, um, qui catena ligatus est, στρανδῆται, διομάτι. ANGL. Fastened with a chain. } Senec. lib. 3. de Ira. Ita secat catenatio cani, & hic, quum multum latravit, objecto cibo mansuetus. Canis catenarius, qui ad fores domus alligatur causa custodiae. Seneca contr. 20. Canis catenarius.

Catenulā, diminutivum à catena. { κατηνοτρυπάκ. GALL. Chainette, petite chaîne. ITAL. Catenella. GERM. Ein tettente. HISP. Cadenilla à pequena cadena. ANGL. A little chain. }

Catellā, vel Catellum, aliud diminutivum, κατην. LIV. 9. bell. Maced. Quintus alter Prætor suos equites catellis & fibulis donavit. Plaut. CURC. Delicatum tē hodie faciam, cum catello ut accusbes ferreo. Horat. 1. epist.

*Nota refert meretricis acumina, sape catellam,
Sape periscelidem raptam sibi flentis.*

CATERVĀ, propriæ Gallorum legio. { τητην ghedhudh. siφ. GALL. Vne bande de gendarmes, une multitude de gens. ITAL. Compagnia. GERM. Ein schar Kriegsleutten. HISP. Compañia, caterva. ANGL. A band or compagnie of men of warre, or other folkes, a route. } sicut Phalanx Macedonum: cæque certo numero constabat. Nam, authore Vegetio lib. 2. cap. 12. in caterva erant sena militum millia. Horat. 1. epist.

Dum fugiunt equitum turme, peditumque caterva.

Plerunque tamen pro quavis multitudine sumitur. CIC. 2. TUSCUL. Caterva contradicentum. Idem pro Muran. Posthumius obviandum bene magna caterva sua venit. Virg. 2. Æneid.

magna comitante caterva.

Catervatī, Catervatim congregati. { ει στρατοι. GALL. Vns en compagnie. ITAL. Vniti in frotta. GERM. Die auf den scharen sind / Ober ohn ordnung mit scharen zusammen gelossen. HISP. Aiuntados en compagnia. ANGL. Gathered in a band or multitudine together. } Suet. in Aug. Sed & catervarios oppidanos inter angustias vico-

rum temerè & sine arte pugnantes. Catervarios vocat vulgares, & non dispositos.

Catervatim, adverb. Per catervas. { *ἰαδός*. GALL. Par bandes. ITAL.

Infrotta. GERM. Scharechtig/ von schar zu schar. HISP. De companionia en compagnia. ANGL. By bandes and multitudes, by routes. } Plin. lib. 10. cap. 24. Sturnorum generi proprium catervatum volate. Liv. bell. Pun. 3. Jam primi conseruerant manus, quam alii catervatum carent. Col. lib. 3. cap. 19. Sed illud etiam dicendum est, an plurium generum vites habendæ sint, eaque separatae, & distinctæ specialiter, an confusa & mista catervatum.

Catharmatā, { *τρύνων καθάριον* h. καθάρεσμα. } Hostiae, quæ pro peste, alióve morbo expiendo immolabantur diis. Romani Piacula vocabant. ¶ Erat autem interdum hostia humana, interdum ex brutorum genere, in cuius caput mala omnia, quæ civitati imminebant, sece credebant avertere.

Catharticus, a, um, Latinè purgatorius. { *מְנַקֵּה menakkéh*. καθαρίζει. GALL. Purgatif. ITAL. Purgatorio. GERM. Das reinige oder purgiert. HISP. Purga para purgar. ANGL. Purgative, that cleanseth. } Unde Medicamentum catharticum dici potest, quod nos Purgationem vocamus. Cels. lib. 10. Sed medicamenta stomachum ferent: ideoque omnibus catharticis aloë miscenda est.

¶ Catharos, purus, mundus. Cerdas. ||

CATHEDRA, x, { *טְרִשׁ מָשָׁחָבָה* καθέδρη. GALL. Vne chaire, un siege. ITAL. Sedia. GERM. Ein stuhl / ein hoher sitz ab welchem man liest oder predigt. HISP. Cathedra à sella. ANGL. A chaire. } Propriè est sella sublimior professorum, recitatorum, aut declamatorum. Mart. lib. 11.

De cathedra quoties surgis.

Juvén.

Cuius apud molles minima est iactura cathedras.

Horat. 1. Serm. sat. 10.

Discipulorum inter jubeo plorare cathedras.

Pro Episcopatu frequens.

Cathēdrāt̄os Philosophos vocat Seneca, umbratiles illos, quibus satis est de virtute in cathedris gartire. οἱ δέ τοι καθήδρας φιλόσοφοι.

Cathēdrālit̄i, orum: ut, Cathedralitii servi, qui in cathedrali herum deferunt: οἱ βασιλίον τοι καθαρίων ἀντὶ καθήδρας. Martial.

Quum cathedralitos portet tibi rheda ministros,

Et Libys in longo pulvere sudot eques.

¶ Cathedrarius. Seneca de brev. vis. cap. 10. cathedrarios philosophos dicit, h.e. scholasticos in cathedralis sedentes quum docent.

Catheter, καθίτη, chirurgicum instrumentum, quo immiso prolixitur urina (morans) obstruēto urinario meatu. καθίτη est demitto. ||

Cathōlicūs, { *καθολικός*. GALL. Universel. ITAL. Catholicò, universale. GERM. Allgemein. HISP. Universal. ANGL. General, universal. } Dici potest universalis, quasi circa omnia versetur, fit enim ex *τοῦ*, id est, circa, & ὅλον totum. ¶ Inde etiam Catholicon medicamentum, quod omnibus humoribus simul vacuandis utile est. Item praecipua universalia, vel perpetua, catholica vocant, ait Quint. lib. 2. cap. 13.

Cathi, pro Germaniæ populis, lege Chatti.

¶ Cathisma, καθίσμα, quasi sessionem dicas: καθίσαι colloco, vel sedeo. Vide Meurs. in Gloss. Gracol.

CATHOLICUS, a, um, universalis, à καθίσαι, de toto, universè. Catholica Ecclesia, quæ ex toto genere humano colligitur, ex omnibus populis, tempore novi Testamenti. Catholica epistola, quæ nulli certæ personæ vel populo est inscripta, sed ad omnes directa. Gloss. etiam καθολικός exponit consularis, quia Consulatus erat dignitas cum generali potestate in urbem.

Catholicano. In veteribus Gloss. verb. juris, iidem *βασιλέας* & καθολικός dicuntur; nempe rationales, rationum præfetti, quasi universales in provinciis: generales. ||

Cathon, insula à Pomponio inter Cycladas numerata, à Plinio tamen præterita, nisi quis Cothonem, quam Plin. in Laconico sive esse ait, intelligere velit. Ex Vadiano.

Catifons, dicebatur ex quo aqua Petronia in Tiberim fluebat, quia in agro erat cujuſdam Cati. Author Festus.

Catilinā, civis Romanus fuit, conjuratione contra patriam inita noctissimus: cujus impii conatus Ciceronis prudentia repressi sunt. Lucanus lib. 7.

Pacificas saevias sensit Catilina secures.

Vide Salustium de bello Catilinario, & Plut. in Sylla.

Catillus, Catillones, Catillatio, Catillo: vide Catenus.

Catillūs, filius fuit Amphiara, qui cum fratribus Cora & Tiburto in Italiam venit, ibique reliquis adjuvantibus Tibur condidit, & à nomine fratris nomen imposuit. Virg. 7. Æneid.

Catillūsque acérque Coras, Argiva juventus.

Silius lib. 8.

Et Tibur Catille tuum,

In emendationibus tamen Virg. exemplaribus Catyllus legitur per y. Cätina, x, vel Catine, es, κατίνα, urbs Siciliae. Silius lib. 23.

Tum Catina nimium ardentí vicina Typhao.

Strabo tamen, Diodorus & Ptolemaeus, non Catinam, sed Catinum scribunt: unde Catanæus. Charondas.

Cätinūs, quod & Catinum dicitur, vas grande escarium, in quo pulatem, aut jurulenti quid ponebant, à capiendo appellatum. { *כַּרְוָה bebarah*. τευχίον. GALL. Un plat ou escuelle. ITAL. Catino, concia. GERM. Ein napf/ ein grosse blaten oder schüssel. HISP. Plato, ó escudilla. ANGL. A dish or plate. } Varro apud Non. lib. 15. In sola ponere oportet aqua catinos. Persius sat. 3.

— possum est algente catino

Durum olus, & populi cribro decussa farina.

In catino vitreo. Suet. in Galb. cap. 18. ¶ Catinus item dicebatur vas, in quo metallia purgabantur. Plin. lib. 33. cap. 44. Quæ è catino jactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria. ¶ A Catinus sit diminutivum Catillus: à Catinum, Catillum, vel Catinulum, παροψίδης. Col. lib. 12. cap. 57. Hanc misturam quum in catillo composueris, oleum superfundito. Vide Bayfum de Vasculis. ¶ Est etiam pars superior molæ molendinariæ, sicut meta pars inferior.

{ *כַּבְכֶּר* récheteb. τὸ ἕπειδα. GALL. Le dessus d'une meule de moulin. ITAL. Macigno sorano. GERM. Der oberst theil auf der mäule. HISP. Muela de incima para moler. ANGL. The upper part of a mill. } Paulus in l. quum de lanionis, §. idem consultus, ff. de fundo instructo.

Catīnelliūs, à Catinus, Catinulus, catillus. Diomedes Grammat. lib. 1. Catīllōnēs, qui catillos lingunt, & pro gulosis accipi solent. { *לְזַלְזֵלָה, נְזַלְזֵלָה, נְזַלְזֵלָה*. GALL. Léche-plats, gourmands, friands. ITAL. Quelli che leccanno i piatti, mangioni, ingordi. GERM. Blatten und schüsselflecker / freßige leut. HISP. Golosos, los que lament los platos. ANGL. Dishlikers. } Catillones etiam dicebantur lupi Tyberini, inter duos pontes capti, quod stercora circa ripas catillarent, id est, devorarent. Vide Macrobius lib. 3. satyr. cap. 16.

CATILLO, as, are, Catinos lingo. { *λεγέσσων*. GALL. Lécher les plats. ITAL. Leccare i piatti. GERM. Blatten schlecken. HISP. Lamer los platos. ANGL. Tolik plates or dishes. } Plaut. in Cas. operam uotris pollicitor fôras, quasi catillatum.

Catillatō, grave opprobrium objiciebatur hominibus generofis, si qui provincias amicas populi Romani exsoliassent, quod eorum bona ligurisse viderentur. *λεγέσσα*. Festus.

Catina, vide Cattina.

Catinia, vulgo dicitur urbs Siciliæ, quæ olim Catana.

Catizi, teste Plin. lib. 4. cap. 11. Pygmæi dicti sunt, qui circa Ceramiam Thracia urbem incoluerunt, à gruibus (ut creditur) fugati.

Catre, κατέν, civitas: gentile Catreus. Steph.

Catabania, καταβανία, vicus κατενία, felicis Arabiz. Steph.

Cato, cognomen Porciæ familiae fuit, quæ ex Tusculano municipio ortum traxit: ex qua primus Romanam sese contulit M. Porcius Cato, postea Censorius appellatus, persuasione, atque amicitia Valerii Flacci adductus. Hic tribunus militum in Sicilia fuit. Prætor Sardiniam subegit, ubi ab Ennio fuit Græcis literis institutus, quem jam natu grandior esset. Consul deinde cum eodem Flacco creatus ceteriorum Hispaniam sortitus est, ubi tebus feliciter gestis, urbium omnium muros, quæ intra Bætim erant, uno die solo æquari jussit. Author Polyb. Hunc Plin. lib. 7. cap. 27. summis laudibus extollit, absolutum eum Imperatorem, Senatorem & Oratorem appellans. Scriptis librum de re rust. item alium de Originibus urbium Latii, & Orationes quasdam. Hujus duo fuerunt filii, quorum alter sub Paulo Æmilio magna cum laude in Macedonia militavit. Alter, qui ex nomine matris Salonius fuit cognominatus, patre adhuc superstite, jam prætor designatus extinctus est, egregiis de jure civili voluminibus relictis. Author Gell. lib. 2. cap. 14. Catones dicti sunt à sapientia, antea Prisci vocabantur. Plut. in Cat. Censor. ¶ M. Cato Uticensis, M. Porci nepos fuit, quem & vitæ, Stoicæque disciplinæ severitate referebat. Hic nudis interdum pedibus, brevíque toga in publicum prodibat, sese adsuefaciens non nisi turpibus rebus erubescere. Consulatum frustra periit, quod virtuti sue fidens, populo non nimium submisæ voluerit supplicare. Martiam conjugem toganti Hortensio amico liberorum causa concessit: eandemque post Hortensi mortem recepit. Id quod Cæsar avaritiæ causa ab eo factum fuisse, calumniatus est. Dimisit, inquit, inopem, ut locupletrem reciperet. Toto civilis belli tempore intonsus fuit. Post Pharsalicam pugnam, Uticam sese recepit: rēque à Scipione infeliciter gesta, perlecto Platonis de anima immortalitate Dialogo, qui Phædon inscribitur, necem sibi conscient. ¶ Hic tantæ fuit apud populum authoritatis ac fidei, ut de rebus incredibilibus proverbio diceretur, ut inquit Plutarchus, *τοῦ ποπλίστη Κάτων οὐ λιγότερος τούτοις*: Istud incredibile est, etiam si dicat Cato. Et orator quidam quum hyperbolicas diceret uni testi non esse credendum, adjecit: Ne Catoni quidem. Cicero epist. ad Attic. lib. 2. Quid Cato ille noster qui mihi unus est pro centum millibus? ¶ Tertius Cato, proverbialis est ironia in viros impediò tetricos, atque aliena vitæ censores. Juvenal.

— habeat iam Roma pudorem:

Tertius è calo cecidit Cato.

¶ Fuit & Cato quidam Grammaticus Sylla temporibus, cuius minister Tranquillus. Hinc Adjectivum Catonianus. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. cap. 10. Tabulam proscriptis, se familiam Catonianam venditum.

Catōblēpās, κατωθίπεια, feræ genus est, solis Æthiopibus cognitum, solo visu hominem interficiens. Basilic. Plin. lib. 8. cap. 21. Est apud Hesperios Æthiopes fons Nigris, Nili, ut plerique existimant, caput. Juxta hunc feræ appellatur Catoblepas, modica alloquin, exterisque membris iners, caput tantum prægrave ægræ ferens, id que dejectum semper in terram: alias internecio humani generis, omnibus qui oculos ejus videre, confessim exspirantibus. De eadem vide & Ælianum. lib. 7. cap. 1. apud quem κατωθίπεια dicitur.

¶ Catobolici, spiritus qui per energum futura prædicebant. Tert. Catochē, κατέχει, morbus est veterino similis, ex melancholicis & biliosis humoribus proveniens, cerebrum occupantibus, perpetuoque sopore invehentibus. Latini Vigilantem soporem interpretantur. Differt à catalepsi, quod in ea oculi maneant aperti, in catalepsi autem clauduntur.

Catōchitēs, κατέχει, gemma Corsicæ insulæ, impositam manu relut gummi retinens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Catōchūs, detentio, seu captio insensibilis animæ cum functione totius corporis. Species autem hujus sunt tres. Una somnolosa, cui lethargus ineſt. Alia vigilans, huic adeſt teronus. Tertia autem species, quam neque perperam, neque inusitatè, catochon Phreneticus, aliquis dixerit. Fit autem ex mistione aggregatio catochi & phrenetidis, quemadmodum tiphonia, quæ aut lethargus, aut suffocans, aut lethargicus affectus dicitur. Gal. de definit. Græcorum medici verutiores vocaverunt, δοτος κατέχεις, quod est detineri & occupari: & in eo malo constitutos, κατέχεις nuncupaverunt. Recentiores verò fœminino genere, sed non diffimili significato, κατέχεις κατάλυτος, quasi detentionem & deprehensionem dicat aliquis, nominaverunt. Paul. lib. 3. cap. 10. Vide supra Catalepsis.

Catōgēum,

Catōgām, κατάγος, domicilium subterraneum.

Catoma, ergastulum. Lege Catomum. Laberius apud Agellum lib. 16. cap. 7. Toller bona fide vos orcus nudas in catomum.

Catomaiti, ergastulum. Gloss. Isid. Sed legendum est catomium, id est, vinculum, catena. Laberius apud Gell. in versu cataleptico: Toller bona fide vos Orcus nudas in catomum. Sic etiam doctores legunt apud Cie. Epist. fam. lib. 7. Sed heus tu manum à tabula, magister adest. Vereor enim ut in catomium nos tollat. ¶ Catomis cædi, & Catomo suspendi, in Martyrologio est suspendi, vel cædi capite deosum: itaque Catomis, & Catomò, adverbialiter sumuntur.

¶ Catomidiare, cædere. Cerdæ. ¶

Catoni, Plinio populi sunt Scythiae, circa Maeotin agentes, lib. 6. c. 8. Catopteron, κατόπτερον, locus excensus supra Anemoriam Phocidis urbem, ut in Anemoria diximus.

Catōptromantia, κατόπτρογρία, divinatio quæ sit per speculum: de qua vide in dictione Magia.

Catopyrites, καπωμέλινος, gemma quæ ex Cappadocia venit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Catōrthomā, κατόρθωμα. Opus virtutis rectum. Cic. Perfectum officium interpretatur, & recte factum. ¶ Ambros. lib. 1. de Offic. cap. 11. Hoc est perfectum officium, quod κατόρθωμα dixerunt Graeci, quo corriguntur omnia, quæ aliquot potuerunt lapsus habere. ¶

Catōrthosls, κατόρθωσις, recta affectio, κατόρθωσις, Egregiè cum virtute aliquid facio: Cic. 3. de finib. Quæ nos aut recta, aut recte facta dicamus, si placet, illi autem appellant κατόρθωμα, omnes numeros virtutis continent.

Catria, vide ΑΕυσσα.

Catricula, fucus. Gl. Isid. lege Craticula, focus.

¶ Catæ, inter navium appellations ponuntur à Gellio lib. 10. cap. 25. ¶ Kætæ, catta, pro fele. Evagr. lib. 6. cap. 24. Sic Germani felem vocant. Vide catus. ¶ Est & catta machinæ gêns. Apud Meurs. Gloss. Græcob. ¶

Catti, vide Chatti.

Cattriderides, vide Cassiteros.

Cattuza, vide Catizi.

Catulæ, porta Romæ dicta est, quia non longè ab ea ad placandum Caniculæ sydus, frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur. Festus.

Catullus, Poëta Veronensis natus anno ante Salustium, Syllæ, Marii que temporibus: in poëmatis cum lascivus, tum mordax; quippe qui Cæsari maximotunc vivo minimè pepercit, iambis eum criminalis: reconciliatus nihilominus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus est, ut author est Tranquillus. Scripsit de passere suæ Lesbias: celebravit nuptias Mallii: amavit Ipsithillam, & Clodium, quam sicut nomine Lesbiani vocata. Scripsit & alia multa. Mortuus est Roma. Ovid. lib. 2. de Trist.

Sic sua lascivo cantata est sape Catullo

Fæmina, &c.

Catulæ, Propriè significat caniculum, hoc est, minorem, vel juniores canem: ab antiquo nomine catus, quod sagacem significat. ¶ γῆρας γχρ. κανυπησ. GALL. Un petit chien, ou un petit de quelque autre bestæ. ITAL. Cagnolo, picciol cane. GERM. Ein jung hündlin. HISP. El cachorro. ANGL. A whelp. ¶ Varro, Catulus à sagaci sensu & acuto: Cic. 2. de natura deorum, Benè igitur idem Chrysippus, qui similitudines adjungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, ut in equo, quam in equulo: in cane, quam in catulo: in viro, quam in puer. ¶ Sed ponitur largè profetu omnium animalium, præterquam avium, sive immanium, sive mitium: unde de colubro Virgiliius,

— catulos tettis, aut ova relinquens.

Et de leonibus Plinius, Raptor appropinquante tigridis fremitu, abicit unum ex catulis. Idem, Simiæ gestant catulos, quos manus factæ intra domos peperere. Idem, Murium quoque catuli ostentum faciunt. Idem, delphinum catulos nominat. Lacertarum quoque & cæterorum serpentium soboles, Catuli dicuntur. ¶ Accipitur quandoque Catulus pro ipso cane. Apuleius, Catulos secum dicens venaticos, atque sagaceis. ¶ Interdum pro quodam vinculi genere, quod etiam Canis dicitur. Plaut. Faciam te delicatum catulo ut accubes ferreo. ¶ Et Lucil.

Cum manicis, catulo, collarique ut fugitivum

Deportem.

Catellus, & Catella, diminutiva à Catulus. Parvus canis, vel canicula. ¶ κανδήλας. GALL. Un fort petit chien. ITAL. Ca nolino, cagnolotto. GERM. Ein kleins hündlin. HISP. Perillo, o perro pequeño. ANGL. A little whelp. ¶ Plaut. in Stich. Tantillum loci, ubi catulus cabet, id mihi sat est loci. Cic. de divin. Erat autem mortuus catellus eo nomine: Dic me tibi anaticulam, columbam, vel catellum. Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. Catella gallicana. Mart. epigr. 198. lib. 14. Cætillus, Catillus, à Catulus. Diomedes Grammat. lib. 1.

Cætillnus, a, um, quod est ex catulo, ¶ κανδήλας. GALL. De petit chien. ITAL. Di cagnolino. GERM. Das von einem hündlin ist. HISP. Cosa perteneciente à cachorro, perro chiquito. ANGL. Of a whelp. ¶ Unde Plin. Catulinam carnem esitavisse Romanos ostendit lib. 19. cap. 4. Genito manè catulo res divina fit: & in cœnis Deum etiamnum ponitur catulina.

Catulina, καταλινα, chair de chien.

Catulire, est gestire, coitum maris appetere. ¶ κανδήλη. GALL. Demander le male. ITAL. Demandare il maschio con gesti, essere in caldo. GERM. Lauffig sein, ist der hünden oder fennen. HISP. Estar la pera cachonda, y todos otros animales. ANGL. In bitches to desire the male, to go to rutting. ¶ & propriè de canibus dicitur: quamvis etiam ad alia transferatur. Varro, Factura principium admittendi faciunt Veris principio: tum enim dicuntur catulire, id est, naturæ instinctu in venerem rapi. Plautus, Quin meam uxorem vidi catulientem. Apud Nonium legitur Catulire, cum dupliciti.

Catulitio, propriè dicitur de canibus, quum statim anni temporibus ad venerem incitantur. ¶ κανδήλη. GALL. Appetit du male. ITAL. Calepini Pars I.

Quando la cagna brama il cane. GERM. Das lauffen der hunden auf samens begird. HISP. Quando la perra est a cachonda. ANGL. A desiring of the male in bitches, going a rutting. Plin. lib. 16. cap. 25. ad terram transtulit. Catulitionem (inquit) vocant, gestiente naturæ semina accipere, cæque animam inferente omnibus latis.

Catulaster, stri, Catulati imitator, sicut ab Antonio Antoniaster. Catulaster etiam significat ipsum catulum, hoc est, parvum canem, sive fortum.

